PROVINCIA DI TORINO
BIBLIOTECA
R. - c - 42

STILVS MARCHIONALIS

Seu

Leges in Tribunalibus Marchiæ Saluciarum agendo, & defendendo per iudices, & cauſarum patronos obſeruandæ.

Publicæ Congregationis eiuſdem Patriæ decreto cum notis Ludouici Eccleſiæ legum Doctoris nunc primum editæ.

TAVRINI.

Apud Antonium Blanchum, 1598.

C. F. M.te Borrelli

PROVINCIA DI TORINO
BIBLIOTECA

BARTHOLOMEVS ROMANVS MARCHIÆ SALVCIARVM

Succeſſoribus electis, & lectori bene agere.

*NVllam in terris maiorem eſſe charitatem
arbitratus eſt, diuinus Plato, quàm quæ
cum patria eſt vnicuiq; noſtrum. Nam,
vt hæc parens eſt, & nutrix omnium, vt
artibus, & diſciplinis inſtruit, vt opibus,
& dignitatibus ampliat, vt demum omnia ad ſuorum ci
uium commodum, & ornamenta refert, ita vult reama-
ri, non vult negligi, à ciuibus exigit officia, & quod cuiq;
noſtrum præſtat, ſuo iure repetit. in huiuſce Platonici ora
culi pleniorem fidem, legimus Othomanos Reges, ſoguthã
vicum, iuxta Myſiam ſitum, onde oriundi erant, in ho-
nore habuiße, & cum eo frequenter accederent, vici in-
colis ſolennia munera reddidiße. Hiſtorijs quoque cele-
bratum eſt, Galenum, patriam Pergamum, & ciues ſuos
tanto amore proſequutum eſſe, vt tanquam exemplo
Vlyßis præ horum amore, Maximorum Imperatorum
fauores, ac ſtudia neglexerit: eum verò tam ſtudioſè red-
damabant, colebant, & obſeruabant conciues, vt ipſum
ſeruatorem ſuum appellarent, patrem patriæ communi
ore vocarent, & Semideum dicerent: ſi quidem, non mo-
dò curabat ſedulò, vt ſuorum ciuium rectè valerent cor-
pora, ſed quemadmodum legiſlator, & Philoſophus ſum-*

mus, de animorum inſtitutione diligentiſsimus extitit. ſed quorſum tam peregrina exempla petimus? fouet nos omnes (licet poteſtate maxima) Illuſtriſsimus eques Michael Ant. Salutius à Manta, qui fulgentiſsimi, beneficiq́ solis inſtar amoris charitatiſq́ ſuæ lucentiſsimos radios, in minimos quoſque largè diffundit. An verò horũ immitatione qui hoc anno 1597. communi omnium voto electi creati ſunt, à patria fidem, amorem, diligentiam, deſiderari paſsi ſint, & an ſeipſos præſtiterint ſolicitos in quibuslibet vere vtilibus promouendis, in iacturis amoliendis, & in reipub. nocituris reparandis prudentum ſit iudicium. Hoc vnum tamen amoris in noſtros argumentum eſt, quòd quum perſpiceremus graui damno, in iudiciorum conflictibus praxim Marchionalem iudiciariam negligenter obſeruari codicũ penuria; animaduerſusq́ ſit à nobis vnus, alterúe tãtum, qui blattis, teredibusq́ exibet epulas. hinc ab electis decretum eſt ob commodum publicum, vt typis mandetur, futurum ſibi perſuadentes, vt in poſterum ab omnibus ſanctius obſeruetur, quod ſi ſecus accidat, in Doctorum ignauiam conferatur. Cæterum ad hanc rem perficiendam quum attentius meditaremur, quiſnam ex noſtris iuriſperitis eßet appoſitus, certe (& in eo Ciuitas noſtra vere gloriari potes) mentibus noſtris ſe obiectarunt varij, & ad bene merendum de republica procliues, & qui à natura ingenium acceperunt, ad grauiſsima accommodatum. Sed inter cæteros delectus eſt à nobis Iuris vtriuſq; Doctor clariſsimus familiæq́ nobilitate Illuſtris Ludouicus Eccleſia Salutiarum poteſtas,

mul-

multiplici ratione: conſtat enim apud omnes, in diiudican dis litibus, & cæteris peragendis quæ ad munus ſuum per tinebant, eum leges has iudiciarias incorrupte obſeruaſſe; in iuris prudentia præterea longiſſimè proceſſit, cõdignosq; laborum fructus meruit: addo eum ea ingenij eſſe acie, nihil non vt videat, & aſſequatur; quibus accedit, quòd ſuam voluntatem, ad publicam cauſam, lubentiſſimè, vt bonum ciuem decet, adiungat. Nos autem qui annuũ adminiſtrationis noſtræ tempus confecimus, ſucceſſores noſtros quam ſtudiosè rogamus, vt in rebus publicis ſibi concreditis, charitatem exerceant. Valete bene agendo, fæliciter.

Magi-

MAGISTRATVI ET CAVSARVM patronis Salucienſibus Ludouicus Eccleſia I. V. D. S. P. D.

OMnem iuris prudentiam in tres partes diuiſam eſſe qui eam ad certam aliquam Methodum redigere conati ſunt, Memoriæ prodiderunt; in perſonas res, & actiones; ac perſonas eſſe iuris cauſam q̃ vocant efficientem, res materiam ſuppeditare, iudicia vero ſiue actiones formã tradere, qua tãdem ad iuſtitiam Plutarco teſte iuris vnicum finẽ, perueniamus: quæ ſeruata, vt ait Plato in Minoe Ciuitates, & reliqua omnia ſeruat, ſpreta vero peruertit & corrumpit, & ſine qua teſte D. Auguſt. nihil aliud ſunt regna quam latrocinia, imò neque illi qui maleficio, & ſcelere paſcuntur diu ſimul ſtare queunt. De his omnibus cum ab antiquis multæ pro temporum varietate latæ fuerint leges tum maxime ad iudicia & actiones recte conſtituendas pleríque elaborarunt, inter quos Principes noſtri haud ſanè infimum locum obtinuerunt, patriáque in eorum ditionem redacta, & conſtitutis magiſtratibus optimas nobis regulas quibus ad abbreuiandas, ac reſecandas lites in iudicijs vteremur; tradiderunt. longè quidem melius fuiſſet omnium litium materiam penitus amputari, ſed quoniam per hominum improbitatem, & ad diſſentiendum procliuem naturam ſine ijs eſſe non poſſumus, maximam illis habeamus gratiam neceſſe eſt, qui vt ad earum finem citius perueniamus faciliorem viam inueniunt; præclare autem à Iuſtiniano in noua de prouinciarũ præſidibus conſtitutione ſcribitur, non ſolum decenter leges ferri, ſed etiam accurate cuſtodiri, & ad effectum deduci, tranſgreſſoreſque competentibus pœnis ſubijci debere, inanem quippe in legibus condendis laborem ſumi, ſi in litteris dumtaxat conſiſtant non etiam per ipſa facta atque opera ſubditis vtilitatem de ſe præ-

beant,

beant. Hinc & Lyricorum Princeps exclamat, quid leges ſine moribus vanæ proficiunt. Hinc etiam facete Plautus melius eſſe malos mores parietibus affigi quam leges. Hæc omnia fortaſſe perpendentes Cæſar Gayda, Antonius Ternauaſius, Bartholomæus Romanus Phyſicus medendo fęlix Antonius Agneſius, & Georgius Bilia, ob eorum ſingularem induſtriam ad procuranda vniuerſæ Reipub. negocia ſuperiori anno electi, vt leges haſce iudiciarias quæ apud paucos iam reperiebantur, paulatimq́ue in deſuetudinem magno cum patriæ detrimento abire cęperant, eo quo magis placaret ordine forma, & annotationibus adhibitis, excudi curarem pro ea qua præditi ſunt humanitate, & quam de me conceperunt opinione mihi demandarunt, idemq́ue poſtea confirmarunt Hieronymus Vacha Ducalis Phyſicus meritiſſimus, Io. Thomas Minochius, Hieronymus Goſius, Io. Antonius Chiaruetus, & Petrinus Pernus legum Doctor, & ex eorundem electorum ſucceſſoribus publicæ etiam vtilitatis ſtudioſiſſimi, ea vt arbitror præcipua ratione moti, vt leges ipſæ euulgatæ minus in poſterum contemnerentur, ab ijs qui ſecus agendo errores ſuos facilius deprendi poſſe crederent, ſic etiã Diuus Auguſtinus legem naturæ quam in abditis cordibus ſcriptam homines habebant in tabulas à D. O. M. relatã fuiſſe aſſerit, ne illis aliquid defuiſſe videretur, vt oppoſitum eſſet oculis eorum, quod in conſcientia videre cogerentur, & quaſi forinſecus ad interiora compellerentur; Huic igitur honeſtiſſimo electorum deſiderio quatenus vires meæ paterentur cum diu repugnandum non putarem non ſolum leges ipſas ad antiqua exemplaria ſumma cum diligentia emendatas, in publicum prodire volui, ſed etiam vt teneris earundem lectoribus labor leuior fieret, notas quaſdam in margine ipſarum, quibus loci, & iuri Romano, & ducalibus conſtitutionibus ac alijs e quibus excerptæ fuerunt concordantes, & diſcrepantes indicarentur, & ſi quid in eis ad mediocrem ciuilis praxis harum regionum ſcientiam addiſcendam deeſſet, breuiſſi-

breuiſſimè ſuppleretur olim à me ſcriptas addere, nihilq; magis dolui quam virium, & ingenij imbecillitatem eam mihi eſſe, vt eorundem electorum expectationi per omnia reſpondere non valerem, aut leges haſce illuſtrare, & comendare non poſſem quantum, vel Platonem Syracuſanorum, & Cretenſium vel Solonem Athenienſium, aut ſaltem Baldum Ticinenſium, Caſtrenſem, Florentinorum, & Zazium, Friburgenſium leges, & decreta illuſtraſſe, & comendaſſe ferunt; Vobis autem viri clariſſimi eas idcirco inſcribere, & dedicare volui, vt illas iuxta Demoſtenis præceptum fortes, & validas perpetuo redderetis, & in eis velut muto magiſtratu exemplar & imaginem veſtram ab optimis legislatoribus expreſſam videretis, cui ſeſe diſſimiles præſtare nullo modo ſit permiſſum; Neque verò ex his qualibuſcunq; laboribus Hermodori illius Epheſij ſtatuas, aut Gnæi Flauij ſcribæ honores, nobis tribui, ſed gratum erga patriam animum noſtrum, & electorum agnoſci, & authoritate veſtra à petulantibus maleuolorum linguis protegi curamus, idque ſi obtinuerimus longe ampliorem, & vberiorem fructum conſequi arbitrabimur. bene Valete.

Ad

IVdex vt ait Ariſtoteles 5. Eth.ca. 7. eſt velut ius animatum ſiue, vt ſcribit Alb. Iuſtitia animata, & à nonnullis appellatur medianus,& ſicut iuſtitia nihil propter ſe facit nihilque ex ſe habet præter vſum ſui, omnia ad aliorum vtilitatem conferens, ſic iudicem, & magiſtratum neceſſe eſt ab omni ſordido, & illicito quęſtu abſtinere, & puras,ac mundas manus habere. Auth. vt iudic. ſine quoq; ſuffrag.& cum decreta, quæ ſupplicationibus apponuntur ſint leuis laboris, ac præiudicij poſſintq; ad libitum reuocari.l. quod iuſſit. ff. de re iudi. nunquamque tranſeant in rem iudicatam, aut ſaltem reffectis expenſis detur aduerſus ea reſtitutio in integrum, vt grauiter cenſet Antonius Sola in decre. Ant. Sab. decreto. Carolus. glo. 2. nume. 7.nimirum ſi pro eiſdem decretis nihil accipi mandatur; hinc etiam ab antiquis legislatoribus conſtitutum fuerat iudices gratis, ac ſine vllo præmio nummario, ac ſolius virtutis gratia fieri. l. vlt. C. ad legem Iul. repet. & Auth. vt iud. ſine quo ſuffrag. col. 2. Franciſcus Marc. quæſt. 684. in prima parte,ne ex pretij ſolutione precium accipiendi illis occaſio tribueretur cum vniuerſæ iuſtitiæ, ac Reipub. peruerſione, quid faciant leges vbi ſola pecunia regnat, aut vbi paupertas vincere nulla poteſt; qui magiſtratus emunt hos quæſtibus aſſueſcere probabile eſt,inquit Ariſtoteles ſecundo polit. c. 9. Plato. 8. de Rep. Salluſtius in oratione ad Cæſarem; Seneca Ep.116.& vt dicebat Alexander ſeuerus,neceſſe eſt, vt qui emit vendat, & propterea optimè ſcripſit Feder.ſec. lib.1.tit. 60. ſuarum conſtitutionum Regni Siciliæ indigniſſimum eſſe, vt ſacratiſſimum iuſtitiæ miniſteriū pretij venalitate quiſquam mercetur. idemque confirmatur decretis antiquis Amędei Ducis ca. 55. plura etiam afferunt Chalardus ad art.40.ord. Aur. Bugn. ad art.114.ordin.Bleſ. & paſſim omnes exclamant pauci obſeruant. Hinc etiam iudices ab omnibus muneribus abſtinere iuſſerunt, quia vt ipſe etiam D. O. M. Teſtatur ex odi. 23. Munera excecant prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum; Demoſtenes vero Phil. 3. tum demum Græciam peſſum iuiſſe affirmat cum magiſtratus munera accipere cœperunt, cum tamen, vt Heraclides auctor eſt, omnes iudices initio eorum adminiſtrationis inter cætera iurarent ſe munera non accepturos, quod & Plato decreuit lib. vltimo de legibus, & Romanorum legibus cauetur. l. plebiſcito. ff. de offic. proconſ. Auth. vt litig. iur. in ex. lit.coll. 9. & legibus Federici Cæſaris lib. 1. tit. 52. & Amędei Ducis lib. 2. c. 19. & c. 39. ſuarum conſti. qui tamen exceperunt exculenta bidui, vel tridui ad quod conferunt tradita per Chalardū. art. 43. ord. Aurel. & art. 51. & 52. ord. Delph. & quoniam de hiſce iudicum qualitatibus ſermonem habere cœpimus, non erit fortaſſe ab inſtituto alienum alia quædam quæ in eis præcipuè requiri videntur paucis exponamus, inter quæ illud eſt vt iuris ac legum ſcientia ſint ornati; nam vt ait Plato libro Ciuili non aliud eſt officium iudicis, quam vt circa contractus omnigenos,quid iuſtum ſit, quid non conſideret, & ad normam legum, reſpiciens de ſingulis iudicet, propria virtute ſemper adhibita. & lib.vlt. de legibus.futurus iudex operam dare debet, vt legum conſtitutiones ante omnia diſcat, & mente firmiter teneat, & Imperator, in Auth. de iudicibus in prin.coll.6. inhoneſtum eſt, & maximum Reipub. vitium ſi qui iudicandi munere funguntur, non ex ſe, quid iuſtum eſt ſciant, ſed quærant alios à quibus diſcant, quæ in iudicando eloqui decet, ad quod alludens Caſſiodorus.lib. 8. Var. profeſſionem conſtat eſſe iuſtitiæ legum peritos iudices ordinare, concordant decreta Ant. Sab. lib. 2. c. 54. & cap. 90. & nouæ conſt. lib. 3. titu. 10. & alibi paſſim, & plura ſcribunt Lucas de Penna. in l. omnes iudices. C. de decur. lib. 10. Hotom Illuſt quæſt. c. 26. Chalar. art. 55. ordin. Aurel. Bugn. art. 108. Bleſ. Hinc & ſententiam à iudice legum imperito, ſine aſſeſſoris legum periti conſilio latam eſſe nullam concludit Fulg. conſ. 149. Alex. conſ. 145. vol 5. Doctores in c.fi. de reſcrip. imò talem iudicem vti temerarium alieni muneris vſurpatorem grauiſſimè

uiſſimè eſſe puniendum multi volunt, & antiqua decreta Sabaudiæ. lib. 2. cap. 160. iubent iudices errantes in iure, & facto corporali etiam pœna affici, & concordant ord. Delph. art. 315. Quarto plerique voluerunt, huius modi iudicandi officia in prouincijs, & vrbibus à principe paululum remotis non debere eſſe perpetua, ſed ad tempus qualia fuiſſe Romanorum teſtatur inter cæteros Egeſippus. 5. de bello Iudaico, nam officiorum perpetuatio nimiam conciliat potentiam, & ſæpius in tyrannidem conuertitur teſte Ariſto. 2. Polit. imperandi verò & parendi viciſſitudo, vt ait Halicarn. lib. 4. ac poteſtas, antequam corrumpat animum relinquenda, reprimit ingenia faſtuoſa, neque ſinit inebriari nimia licentia. Mecenas vero Auguſto ſuaſiſſe dicitur, vrbibus & prouincijs præfectos, neq; minus triennio neq; plus quinquennio relinqueret, ſi enim ſecus fieret, aut priuſquam eius quod quis didicerit ſpecimen aliquod præbere poſſit, decedendum eſſe aut ad faſtum ac res nouas extolli, mitioreſque, & meliores effici, eos qui poſt geſtum magiſtratum aliquandiu priuatim vixerint. Hæc omnia accurate ſeruant Hiſpani apud quos propterea raræ ſeditiones, & querelę de magiſtratuum iniuſtitia exaudiuntur, vt interim Athenienſes Venetos Genuenſeſque, & ſimiles reſpublicas omittam, hoc etiam aliquandiu probaſſe videntur Sereniſſimi Sabaudiæ Duces, qui & inferiores iudices, & primarum appellationum, ad tempus conſtituebant, nec omittenda ſunt verba illa Ciceronis 1. Phil. vbi de legibus C. Iulij Cæſaris loquitur, quæ lex melior, vtilior, optima etiam in republica ſæpius flagitata, quam ne prætorię prouinciæ pluſquam annum, ne pluſquam biennium conſulares obtinerentur, & Caſſiodori qui ſub Gottorum Regibus floruit lib. 7. Var. prudenter omnimodis inſpexit, antiquitas prouinciarum dignitates, annua ſucceſſione reparari, vt nec diutina poteſtate vnus inſoleſceret, & multorum profectus gaudia reperirent. curarunt etiam præcipuè antiqui nè cuippiam patriæ ſuæ adminiſtratio tribueretur, prout indicat tit. 41. lib. 1. C. & l. 3. C. de crim. ſacr. quia vt ait Iulius Paulus. 5. ſenten. ſummum eſt periculum, ne aut gratioſus, aut calumnioſus iudex apud ſuos eſſe videatur, facilèq; eſt vt ait Caſſiodorus, vt aut gratiam parentella prouocet, aut odium longę contentiones exaſperent, idem ſtatuit Federicus Imperator lib. 1. tit. 48. & tit. 60. ſuarum conſtitutionum: idemq; Diui Ludouici Philippi Pulchri, & Caroli ſeptimi Gallorum Regum legib. mandabatur; imò Romanorum iure nec etiam vxores ducere in ſuis prouincijs magiſtratibus permiſſum erat. l. qui in prouincia. ff. de ritu nupt. neque aliquid emere præter ea, quæ ad vſum viuendi pertinebant. l. vnic. C. de contr. iud. & huiuſmodi conſtitutiones obſeruatu digniſſimas eſſe ſibique placere docuit Excellentiſſimus Senatus Ducalis reſciſſa ad ſolius incolæ Carmagnolenſis poſtulationem decurionum nominatione in oriundum à loco facta, & graui mulcta nominatoribus indicta; & nulli dubium eſt quin ſi hæc in omnibus locis obſeruarentur longè melior eſſet fiſci, ac iuſtitiæ cauſa, præcipuas tamen vrbes in quibus, & iuriſperitorum, & aliorum magiſtratuum, & prudentium copia eſt, qui præſentia, & obſeruatione ſua inferiores ab omni ſiniſtra cogitatione deterrere poſſunt, excipio; nam in his nihil mali erit, ſi inferiores iudices ex loco ipſo conſtituantur, prout fit in Vrbe Saluciarum, quæ Dei gratia maiorum magiſtratuum, vt Reuerendiſſimi Epiſcopi, Illuſtriſſimi Locumtenentis generalis Marchię, Illuſtris Seneſchalli, proſ Seneſchalli, Locumtenentis particularis, Aduocati generalis fiſci, Aſſeſſoris generalis patriæ, viginti iuriſperitorum totidemque procuratorum præſentia ferè ſemper honoratur; in alijs autem locis ſi hæc facilè admitterentur plura delicta impunita, pauperum cauſæ indefenſæ, aut immortales, extraneorum contemptæ viderentur.

Poſtremum quod in iudice probatur eſt vt rationem adminiſtrationis ſuæ quibuſdam grauibus viris poſt finitum eius officij tempus reddat intra certum tempus requirentibus, ſicut conſtituit Plato lib. 6. de leg. & Athenis Sanctiſſimæ obſeruatum fuiſſe teſtatur Demonſt. oratione contra Timocratem, apud Romanos, hoc vno laudatur Domitia-

nus Imperator, quod dum iudices rationem ſuarum actionum reddere diligenter curaret eos modeſtiſſimos ſeruabat; teſte Suetonio. in iure noſtro habemus legem Zenonis. tit. C. vt omnes iudices, tam Ciuiles quam mil. poſt adm. dep. in ciuit. vel cert. loc. permaneant. & Iuſtin. in Auth. vt iud. ſine quo. ſuffr. §. neceſſitate. & lib. 3. c. 28. nou. ord. vbi dicitur à ſententijs mulctarum non licere appellare, ſed aduerſus iudicem in ſindicatu recurrere. In Gallia vero loco huiuſmodi ſindicatus in cauſis appellationum iudices vocabantur ad defendendas eorum ſententias, quas ſi non defendiſſent mulctabantur, vt conſtitutionibus Philippi Sexti Regis conſpicitur. In hac redditione rationum id conſideratur, vt ſi iudex per imprudentiam in iure tantum, vel in facto tantum errauerit, ac proinde male iudicauerit, in quantum æquum religioni iudicantium viſum fuerit pœnam ſuſtineat. l. vltim. ff. de Var. & extr. cognit. & l. ſi quis abſentis. ff. de obl. & actio. §. 1. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delicto; ſi vero per dolum aut ſordes malè iudicet, totius litis æſtimationem iniuſtitiam paſſo præſtet, ac efficiatur infamis. l. vltim. C. de pœn. iud. qui mal. iudic. imò plerique volunt hoc caſu illum etiam corporaliter puniri poſſe. Iaco. de Belu. Bald. & Aluar. in titu. de pace tenen. in conſue. feud. ſunt etiam qui indifferenter quotieſcunq; iudex male iudicat, ſeu per imperitiam, ſeu aliter litis æſtimationem præſtare debere dicant, habita tamen ratione eius facultatum ne vltra eas conueniatur argum. l. filiusfamilias. ff. de iudic. Alexan. conſi. 254. volum. 6. Scribunt etiam alij iudicem procedentem contra iura, & leges incidere in falſum. argum. l. ſi iudex. ff. de falſ. Marc. quæſt. 687. 1. parte idque fortaſſe ratione iuramenti, quod ab eo præſtatur de ſeruandis legibus. ad quod maximè animaduertere deberent illi, qui dilationibus, & ſubterfugijs partium, tam facilè indulgent, vt lites pene immortales efficiantur. Hodie tamen in Gallia non poteſt iudex moleſtari ex ſua ſententia, vel alio actu, ſi id quod egit eſt ſine appellatione, aut oppoſitione incompetentiæ, ac ſine fraude, & concuſſione, & præcipuè ſi ad partis requiſitionem proceſſit, quia tunc contra partem debet recurri, vt notauit Ioan. Papon. lib. 19. art. tit. 1. c. 24. & lib. 24. tit. 3. art. 4. iuxta impreſſionem anni 1563. qua vtor, non enim debet iudex irrequiſitus officium ſuum impertiri. l. 4. §. hoc tamen. ff. de damno infect. niſi ei conſtaret de iure partis, vel delicto ex actis, & probatis, vt per Papon. d. lib. 24. tit. 3. art. 8. Decium Aquen. & Cagn. in l. lecta. ff. de rebus cred. nam agentem ſine actione à limine iudicij repellere debet. l. vbi pactum, & ibi glo. C. de tranſ. l. ſi pupilli. §. videamus. de neg. geſt. & in notorijs. vt per Cagn. d. l. lecta. num. 169. & in his quæ ſunt iuris non quæ ſunt facti Lucas de penna. in l. hi qui. C. de conu. fiſ. deb. item ad detegendam reorum innocentiam. Aluarez, in ſpec. Pont. cap. 89. p. 582. ſi vero requiratur iudex & æquitas ſuadeat non debet officium ſuum denegare, maximè aduerſus temporales præſcriptiones probato iuſto impedimento belli, aut ſimilis caſus, ne quis indebitè damnum patiatur, aut alius cum aliena iactura locupletior fiat. glo. in l. & ideo. §. fin. ff. de cond. furt. And. Sic. late conſi. 28. ad finem inter conſilia Calcanei. & conſi. 42. ſuorum conſi. volum. 1. Io. de Imola in cap. peruenit. de empt. & vend. Bart. l. naturaliter. de præſcrip. verb. Fran. Marci. quæſt. 272. Purpur. conſi. 425. Ozaſ. deciſ. 9. ad finem. cum reſtitutio in integrum nunquam cenſeatur excluſa per verba generalia. Bald. in l. in cauſæ. ff. de minor. Iaſ. in l. 1. nu. 10. de iuriſd. omn. iud. Socin. conſi. 242. lib. 2. ne quidem ſublata appellatione Iaſ. Dec. & Alciat. in l. poſtquam liti. C. de pact. Roma. conſi. 325. Socin. in l. qui duos. de reb. dub. Bald. Salice. & alij. in l. vni. C. ne lic. in vna eademque cau. Imol. Zab. & Abbas. in clem. 1. de re iud. & præſcriptio dicatur duriſſimum licet neceſſarium iuris remedium. Auth. vt eccle. Roman. & Galitius in conſi. feud. var. quo propterea rariſſimè, viri boni vſi ſunt. plura de iudicibus videre poteris apud Ozaſ. in prohę. deciſ.

Nunc vt ad noſtros magiſtratus quibus hæ leges diriguntur propius accedamus, habent ipſi ex priuilegio eorum erectionis, omnium cauſarum, quæ de rebus, & negocijs in

hac toparchia occurrentibus inter quas vis perſonas 'agendæ ſunt, ordinarij, ſeu inferiores primam, & Viceſeneſchallus, ſeu Locumtenens generalis Seneſchaliæ ſecundam cognitionem gradatim ſcilicet, ac ſucceſſiue, multiſque Sereniſſimi Ducis reſcriptis, cauetur ne pro eiſdem cognitionibus ad alios iudices populi Marchionales trahantur, ſub expreſſa pœna nullitatis, vt vocant eorum quæ in contrarium aguntur, illo excepto, quod cauſæ nobilium, feudi, vniuerſitatum, collegiorum, hebræorum, falſæ monetæ, ſeditionum publicarum, læſę Maieſtatis, & illicitarum congregationum, infractionis Saluæguardiæ, interinationis gratiarum, patrimonij, ſeu demanij Principis, gabellæ, Salis, & poſſeſſoriæ beneficiorum, extra Saluciarum territorium ad ſolum Viceſeneſchallum ſpectant, qui etiam in alijs poſſeſſorijs retinendæ, ſeu manutenendæ cum ordinarijs per præuentionem concurrit, vt & in his quas ſupra excepimus cum Poteſtate Saluciarum; quod pro vtilitate, & beneficio ipſorum populorum inuentum fuit, & iuri communi, ac Ducalibus conſtitutionibus propè conuenit ſicuti apparet ex lib. 6. titu. 6. nou. ord. multis etiam reſcriptis mandatur, ne exequutiones quorumuis actuum iuſtitiæ alijs delegentur, ſeu comittantur quam iudicibus locorum in quibus ſunt efficiendæ, aut ſaltem alicui ex proximioribus Marchiæ magiſtratibus, aut aduocatis, & horum virtute, de anno 96. fuerunt reuocati illi, qui aduerſus edictorum annonæ contrauentores fuerant conſtituti, & ſequenti anno hi qui aduerſus propolas, ſeu venditores plumbi funium, & pulueris tormentarij ſimilem deputationem obtinuerant, ſed hæc priuilegia quotidie infringentur niſi etiam commiſſarijs iſtis, & partibus, quæ eis vtuntur grauis aliqua pœna pecuniaria fiſco applicanda, vltra cauſarum iacturam imponatur. Habent etiam iudices noſtri ex eiſdem priuilegijs facultatem in integrum reſtituendi, & contractus reſcindendi ad formam iuris communis de qua in l. 3. ff. de in integrum reſtitu. & l. cùm ſcimus. C. vbi & apud quem. q; Gallorum iure ſolis regibus permittitur teſte Bugn. des lois abr. arti. 122. lib. 1. apud quos etiam viæ nullitatum citra reſcripta regia omnibus obſtructæ ſunt his ſic præfatis, ad ſtili verba progrediamur.

INCIPIT STYLVS IVDICIALIS MARCHIONATVS *Saluciarum ab Illuſtri Curia parlamenti Delphinalis Regia Authoritate promulgatus anno 1550.*

De iudic ibus, & eorum locumtenentibus. Tit. I.

1 IVdices aut eorum locumtenen. Reſponſis, & Decretis ſupplicationum, annum, & diem apponent, & ea ſubſignabunt, nec aliquid inde accipient.

2 Statutis diebus, & horis pro tribunali ſedentes cauſas expedient partibus ius reddentes, quę per grapharium regiſtrabuntur.

3 Litigantes qui in remotioribus locis degunt prius expedientur.

4 Controuerſias proceſſibus incidentes interloquutorijs ſententijs decidendas, quam citius poterunt iudicabunt.

5 Omnibus poſt poſitis cum ea qua poterunt diligētia proceſſibus criminalibus operam dabunt.

6 Quibuſcũque iudicib. inhibetur, ne alijs caſibus aſſeſſores adhibeāt, nec maiorem numerum partibus etiam aut altera earum petentibus, quam ordinationibus, aut edictis cautum eſt, vt ſententiæ executioni demandentur: in alijs tamen ſi tanta iuris difficultas occurrat, quæ aſſeſſores exigat non prius aſſeſſores vocabunt quam viſo ex integro, proceſſu illius dubia extraxerint, & graphario clauſa, & ſigillata tradiderint, qui ſuper ipſis annum, & diem quibus illi tradita fuerint ſcribet, tunc iudicibus licebit vnum, aut duos non amplius partibus etiam peten. probos doctos, & expertos aſſeſſores aſſumere. Quibus pro qualitate rei perſonarum, & laboris ſportulas taxabunt, quorum iudicum honor, & conſcientia onerantur, ne alios aſſeſſores adhibeant, nec maiores quam debeantur ſportulas taxent ſub pęnis vtroque caſu quadrupli ſportularum taxatarum, ſuſpenſionis ab exercitio ſuorum officiorum, & alijs arbitrio curię imponendis; & vbi ab eorum ſentētijs appellabitur, grapharijs ingiũgiť quod vna cum actis inſtantiæ præmiſſa dubia extracta clauſa, & ſigillata mittant.

ANNOTATIONES.

Supplicationes in iudicijs non admittuntur niſi ſint ſubſcriptæ ab aduocato in vrbibus, aut procuratore in oppidis. ex lib. 3. tit. 2 ord. nou. Duc.

2 Vice ſeneſcallus ſedet diebus martis, & veneris, ordinarius verò qui & poteſtas dicitur diebus Mercurij, & ſabbati.

3 Concordat. §. ſit tibi quoque in Auth. de mand. Princip.

5 Ex ord. Delph. artic. 321. vbi tamen additur pœna priuationis, & ſuſpenſionis in negligentes.

6 De aſſeſſoribus, & eorum officio vide late Calc. conſ. 38. Cagn. & Doc. in l. diem functo. ff. de offic. aſſeſſ. & quod non poſſint aſſumi in claris iuris articulis Crauet. conſ. 140. nu. 5. & 6. & decreta antiqua Sabaudiæ lib. 2. c. 141. niſi à iudicibus breuium pannorum. Ex Regijs ordinationibus ſumebantur ſeptem ex antiquioribus conſiliarijs, aut aduo-

tatis curiæ in cauſis poſſeſſorijs de quibus infra, & in cauſis latronum, ſicariorum, ſacrilegorum, & cudenſium falſam monetam, qui interueniebant eorum iudicijs, & ſententias cum iudice ſubſignabant, quæ deinde exequtioni mittebantur non obſtante quauis appellatione. ex edicto Henrici. 2. ſub 1549.

7 ANtequam ſuas ſententias, ſiue diffinitiuas, ſiue interloquutorias quum litigantes aſſignati erunt ad ius audiēdum pronuncient, eas in forma qua pronunciabuntur graphario curiæ tradent, qui eaſdem pœnes ſe cuſtodiet, & regiſtrabit.

8 Expeditiones ſententiarum, aut ordinationum poſt illarum pronunciationem, & poſtquam in formam erunt redactę, grapharius nō ſignabit, niſi ſententia, aut ordinatio, vt illi à iudice fuit tradita, ad verbum dicto iuſtrumento inſeratur.

9 Cuius ſentētię in ea forma qua à iudice graphario fuit expedita grapharius ſine mora poſt illius publicationem partibus petentibus copiam breuem ab eo ſignatam tradere tenebitur.

10 Sentētijs, & ordinationib. forma, qua ſupra expeditis dabitur fides, niſi altera partium eas de falſo arguere vellet.

11 Seneſcalus & eius locumtenens appellationibus à ſuis ſententijs interloquutorijs, quæ in diffinitiua ſententia poterunt reparari, interpoſitis non obſtantibus poterunt vſque ad ſententiam diffinitiuā procedere, quamuis in exequutione literarum ſuper introductione dictarum appellationum, aut inhibitione, ne litè pēdente conceſſarum, inhibitiones eis factæ fuiſſent, niſi partibus auditis curia parlamēti dictas inhibitiones ordinaſſet, quibus tunc parebunt.

ANNOTATIONES.

7 Sentētia debet eſſe conformis libello. l. vt fundus. ff. com. diuid. c. licet Hely. de Simon decreta ant. Sab. cap. 128. lib. 2. item debet eſſe clara, & continere certam quantitatem §. curare. inſt. de offic. iud. & ſecundū allegata, & probata ferri. l. illicitas. §. veritas. de offi. præſ. gloſ. in Auth. de mand. prin. §. deinde conueniens. in verbo æquitatem. & ita per omnia cauebatur ordinationibus Regijs Caroli ſeptimi anni 1473. artic. 17. & 123. & eſt ferenda pure, aut ſaltem ſine conditione extrinſeca. l. 2. §. biduum. ff. quando appel. ſit vbi gloſa Franciſcus Marc. quæſt. 418. Ozaſchus deciſ. 146. & ſi condemnet in plus quam ſit petitum eſt ipſo iure nulla, vt & exequutio illius virtute facta argumento. l. ſi non ſortē. §. ſi centum. vbi Bart. Bald. & Alex. ff. de cond. ind. Dec. conſ. 8. nu. 1.

11 Ex ordin. Fran. primi anni 1519. art. 4. & 5. & cōcordat. l. ante C. quor. app. non recip. & l. 2. ff. de appell. recip. vbi glo. & Bart. & conſt. duc. lib. 3. tit. 28. ſic à ſimplici pręcepto iudicis continente pœnam non debere appellari, ſed coram eodem iudice opponi cenſuit curia Taurin. 1548. 5. Nouembris ex quo apparet eos qui à quibuſdam præceptis noſtris cum clauſula, & in caſum oppoſitionis, &c. ſcriptis appellari ſuaſertū, pręcipitantiam quam nobis temerè obijciebant, aut animi maleuolentiam, potiuſquam iuris peritiam oſtendiſſe.

De cauſis ciuilibus ſupplicationum. *Tit. II.*

1 IVdices in cauſis ciuilibus pedaneis ſummam decem florenorū valoris cuiuslibet floreni duodecim ſolidorum Turonentium non excedentibus quam ſummarie poterunt procedent.

2 In quibus ſi vnum, aut duo facta facilis probationis tantum proponantur teſtes ſuper eis examinandos vocari mandabunt, quorum depoſitiones ſummariè actis litigiorum ſi commodè fieri eis videatur redigi facient.

3 In alijs vero cauſis dictam ſummam excedentibus partib. in prima aſſignatione comparentib. & in facto cõuenientibus iudex ſuper litigijs illarum verbo factis, in promptu verbo ius dicet, niſi propter iuris difficultatem ordinaret partes ſua litigia ſcripto redigere infra triduũ, & eas aſſignaret ad ius audiendum, quod ius tandem ſcripto proferetur.

4 Vbi vero aliqua partium in prima aſſignatione ſe diceret non eſſe paratam, & ad ſe præparandum peteret dilationem ei vnica, & peremptoria aſſignabitur, qua pendente partes inuicem communicabunt omnes ſcripturas quibus ſe iuuare voluerint.

5 Si propter calumnioſam facti propoſitionem, aut negationem lis in promptu terminari non poſſit, pars calumnioſe proponens, aut negans in fine litis mulctabitur.

6 Partibus in facto nõ cõuenientibus iudex eas pronunciabit contrarias, & cuilibet partium terminum octo dierum aſſignabit ad ſuas poſitiones, & facta ſcripto redigendum, & ad ipſa probãdum per teſtes infra dilationẽ quam pro qualitate negotij, & diſtantia loci vbi probationes erunt faciendæ arbitrabitur.

7 Nec recipientur partes ad proponendum alia facta, niſi vna aut duabus additionibus ad ſummum.

8 Et proponentur dicta facta ſine aliqua reiteratione, & ſuperfluitate.

ANNOTATIONES.

1 Ex ordin. Regijs Delph. art. 266. ſed conſtitutiones Bleſenſes art. 153. id extendunt ad cauſas ſcutorum trium auri cum dimidio perſonales in quibus volunt litigantes in prima aſſignatione perſonaliter comparere ſine aduocato, aut procuratore, & vbi non concordent in facto teſtes produci, & demum in regiſtris iudicij ſine ſportulis, ſed in nouis ordinibus Sabaudiæ prohibetur fieri ſcriptura in cauſis trium aureorum lib. 3. tit. 3 vide etiam. Bartol. in l. mediterraneæ. C. de ann. & tribu. Ioach. Chalardum ad conſtit. Aurel. art. 57.

2 Num. 3. per quãcunque reſponſionem cenſebitur lis conteſtata ex decretis Ducalibus.

4 De iure communi omnes dilationes ſunt peremptoriæ. l. fi. ff. de fer. quod & Regis conſtitutionibus cautum erat. vide Bugn. ad ordin. Bleſ. art. 155. alias 65.

De communicatione ſcripturarum habes infra in articulis generalibus.

5 Confer. cap. 130. lib. 2. veterum decre. Ducal.

6 Et ſic poſt tertiam exceptionem non licet vlterius progredi, aut quadruplare, vt olim licebat inſtit. de except. & concordant regiæ conſtitutiones Franciſci primi.

8 Aduocatus proponens facta impertinentia multatur vno ſcuto auri pro quolibet facto impertinenti ex. 3. nou. ord. Duc. tit. 17.

Pars

9 Pars quelibet antequam commiſſio pro atteſtationibus faciendis expediatur facta ſua cum iuramento aſſeuerabit, quibus pars aduerſa cum iuramento ſine calumnia reſpōdebit illa confitendo, aut negando, nec admittetur reſponſio per verbum credit, aut nō credit in hijs, quæ erunt ſcientię, aut cognitionis reſpondentis, aliàs habebūtur facta pro confeſſis, aut negatis ad optionem proponentis.

10 Vnica dilatio concedetur ad probandum per teſtes, niſi iudici appareat ſaltem ſommarie de partis diligentia pendente dilatione facta abſque contumacia, aut negligentia, tunc enim iudici licebit aliā, & peremptoriam dilationem arbitrari.

ANNOTATIONES.

9 Reſponſio q̄ datur factis ex ſtatuto Saluciarū debet dari intra octauū diem, ex nouis ordinibus Ducalibus intra dies quinque alioquin facta pro veris habentur, & non eſt locus purgationi moræ. Nat.conſi.364.ad fin.Ozaf.D.5.debet tn̄ contumacia nō reſpondentis accuſari. Natta conſilio 365. Antonius Sola in decreto, vt nihil in glo. primæ partis. nu. 8.&ita etiam olim obſeruatum fuiſſe in curia Pedemontana teſtatur Auguſtinus Ecclesia deciſ. 75. cuidam tamen aduerſario noſtro indultæ fuerunt duodecim dilationes intra decemocto menſes ad reſpondendum, neſcio quo iure, cum etiam cauſa ex ſui natura eſſet ſommariæ tractanda.

10 Concordant ferè decreta Ducalia lib.3.tit.17.nou.ord.

11 ATteſtationibus perfectis, & in grapharia relatis clauſis, & ſigillatis partes inuicem communicabunt proceſſus verbales illarum, & vbi nullitate carebunt cōſentient in graffaria receptioni, earū & conuenient, quod ipſarum quælibet det reprobationes ſiue obiectus aduerſus teſtes infra octo dies, & illorum ſaluationes infra alios octo dies ſequentes, & quod inde publicentur atteſtationes, & infra octo dies ſequentes partes producant, quod voluerint, & aſſigentur ad ius audiendum.

12 Vbi vero ſuper atteſtationum receptione non conuenient verbo coram iudice receptionem illarum litigabunt, qui ſuper nullitate ſi quæ ſit iuſdicet.

13 Et ſi atteſtationibus nullitas aliqua culpa commiſſarij interuenerit eiuſdem commiſſarij expenſis reſſicietur, & parti alia dilatio ad id concedetur.

14 Vbi vero à iudice recipient, iudex eas recipiendas pronunciabit, ſimileſque aſſignationes fient, & dilationes concedentur quæ ſupra dictę ſunt quum atteſtationes de conſenſu partium ſunt receptę.

15 Quibus atteſtationibus receptis non licebit amplius de nullitate illas impugnare.

11 Claudūtur & ſigillantur, vt nemini innoteſcant: nam contra Reuellantes earum ſecreta eſt pœna publicationis bonorum lib.3.tit.19.nou.ord.

Ex decret. Delph.art.217.de iure autem Canonico dantur etiam poſt publicationē cap. præſentiam extra de teſt. ſed ex nouis conſtitutionibus debent dari in preſtatione iuramenti.lib.3.titu.21.& per Theſſ.deciſ.259.vide etiam Guid. Papæ.q.500.& praxim Maſ. tit.de probatio.nu.17.& de teſt.nu. 11.

13 Ex ordin.Delph.art.204.& concordant decreta Ducalia lib.3.tit.19.& hic eſt vnus ex caſibus in quibus teſtes ſuper eiſdem factis poſt didiſcita eorum teſtificata poſſunt recipi. Bald. in Marga.verbo teſtis. q.8.Rebuff. de nomin.q.14. nu.116. quod regulariter etiam in cauſa appellationis non permittitur. Auth.atqui ſemel. C.de probat.cap. fraternitatis. ext.de teſt.Cagn.in l.2.in fin.C.de edendo. & ita ſuo tempore obſeruatum fuiſſe in tribunali iudicum primarum appellationum teſtatur Auguſtinus Eccleſia deciſio. 49. licet in cauſis appellationum: ſecus aſſerat Raynaldus Corſus libr.2.cap.6.indag. iur. poſt glo. in d. Auth. atqui ſemel. Minoribus tamen Eccleſiæ Reipublicæ, & ſimilibus ſubueniri per in integrum reſtitutionem volunt Bugn.lib.2.des lois abr.cap.247.& idem Eccleſia deciſ. 130.

16 QVo facto quælibet partium omnia parte ſui producta inuentario à ſe aut procuratore ſuo ſignato deſignabit, & in ſpecie ad quos fines eorum ſingula producit, quibus productionibus infra octo dies aduerſarius contradicere poterit, & infra alios octo dies dare ſaluationes ſuarum productionum, non licebit tamē cōtradicere dictis teſtium.

17 Poſtea contradictiones, & ſaluationes, ſi quæ dentur, addentur, inuentarijs, & inde omnia reponent in ſachis penes grapharium, qui ſingula verificabit, & tandem omnia iudici defferet, vt ſuper eis ius dicat.

18 Quorum inuentariorum, & productionum in eis deſignatarum partes reſpectiuè communicationem habebunt.

19 Viſo proceſſu, & reprobationibus, ſi cognoſcat iudex reprobationes teſtium impertinentes, aut ſufficientē numerum teſtium non reprobatorum ſuper eſſe, ad deciſionem proceſſus pronunciabit nulla ratione reprobationum habita proceſſum poſſe iudicari, & eum decidet.

20 Si vero ſine teſtibus contra quos concludenter reprobationes date fuerunt iudicare non poſſit, admittentur partes ad probandum reprobationes, quæ concludentes, & valide iudicabuntur, & ſaluationes teſtium concludenter reprobatorum infra vnicam dilationem.

21 Inde atteſtationibus ſuper reprobationibus, & ſaluationibus perfectis, ſuper receptione, & publicatione illarū procedetur, vt dictū eſt de alijs atteſtationibus, ſaluo quod reprobationes, & ſaluationes teſtium ſuper reprobationibus, & ſaluationibus examinatorum non admittuntur.

22 Atteſtationes inde addentur inuentarijs, & reponentur in ſachis penes grapharium, qui proceſſum ita inſtructum tandem iudici defferet iudicandum.

23 Si infra præmiſſas dilationes partium aliqua eſſet moroſa produtiones ſuas facere, pars aduerſa ſupplicationem porrigere poterit iudici, vt aduerſarius producendo excludatur, cui reſpondebitur partem excluſam, niſi infra terminum quem iudex arbitrabitur producat, infra quem niſi ſatisfecerit iudex ſuper productis nulla nō productorum habita ratione iudicabit.

ANNOTATIONES.

16 Non ſufficit producere iura in genere vel in ſacco Rebuff. de nomin. q. 14. nu. 123. Sola in decret. quando in iudicio glo. 1. neque poteſt quis producere ſcripturam in parte vtili tantum. Franc. Marci q. 60. par. 1. Natta conſi. 365.

20 Qui tamen in probatione obiectuum famam teſtium lædentium defecerit multabitur ad emendam honorariam, & pecuniariam ex nouis ordin. Ducal. lib. 3. tit. 21.

21 Vide Maſuerium in ſua praxi. tit. de probatio. in princip.

23 Pro his excluſionibus dantur, vt plurimum tres dies vide Bugn. ad leges bleſenſes art. 65. in Excellentiſſ. Senatu Taurinenſi hæc excluſio fit verbo per apparitores.

Tenetur vero iudex ſaltem infra menſem iudicare ex lib. 3. tit. 27. nou ord.

Debetque ſolummodo iudicare ſuper allegatis, & probatis, vt latiſſimè diſſerit Couarr. lib. 1. var. reſol. cap. 1. Hotom. Ill. q. cap. Cuiac. var. obſer. lib. cap.

De literis obligatorijs. *Tit. III.*

1 OMnes literę obligatorię à notarijs Regijs Delphinalibus, aut olim à marchionibus creatis receptę exequutioni mādabūtur appellationibus, aut oppoſitionibus quibuſcunq; non obſtantibus abſque tamen præiudicio illarum.

2 Grapharij literas ſuper eiſdem literis obligatorijs non concedent, niſi literę obligatorię eis exhibeantur, qui literis per eos concedendis datam anni menſis, & diei dictarum obligatoriarum, & nomen notarij, qui eas recepit inſerent.

3 Vbi creditor debitorem coram iudice ſuo ordinario conueniet nulla in literis obligatorijs ſubmiſſio requiretur.

4 Literę ad annullandas, aut reſcindendas dictas obligationes, aut inhibitiones nihil noui à graphario non expedientur, niſi eis inſeratur clauſula abſque retardatione exequutionis dictarum obligationum, nec earum propterea exequutio impedietur, aut differetur.

5 Dictarum literarum obligatoriarum exequutor debitori præſenti, ſi apprehendi poterit, aut ad domicilium pręcipiet, quod ſoluat ſummas, & quantitates in dictis literis contentas quarum literarum copiam, & exequutionis illarum debitori relinquet, aut ſuis domeſticis, & ſeruitoribus tradet, aut portę domicilij debitoris affiget.

1 Literarum nomine veniunt inſtrumenta cap. poſt ceſſionem. vbi notat Barb. de probationib. Reb. tract. de litt. obl. art. 2. nu. 6. & hæc diſpoſitio confirmatur peculiari ſtatuto Saluciarum cap. 26. & priuilegijs Ducalibus anni 1589. art. 20. de iure communi inſtrumenta non habent exequutionem paratam. Purp. conſi. 550. Ozaſ. deciſ. 129. nu. 2. Theſſ. deciſ. 26. neque de iure Regio niſi ſint ſigillata Ioan. Papon. lib. 9. Arr. tit. 8. cap. 1. & 2. & eodem iure vtebantur decreta antiqua Sabaud. lib. 2. cap. 138. & 139. debet tamen etiam ex hoc ſtilo antequam deueniatur ad exequutionem fieri præceptum obligato de ſoluendo cum appoſitione modici termini Io. Papon. lib. 18. tit. 5. arreſt. 23.

6 SI debitor præcepto non ſe opponat pignorabitur de ſuis mobilibus, aut immobilibus ad electionem creditoris, & tunc aſſignabitur viſurus pignora proclamari incātari, & ſubhaſtari, eique deſignabitur locus dies, & hora quibus proclamationes incantus, & ſubhaſtationes fient, poterit tamen creditor per incarcerationem debitoris procedere ſi ad id fuerit ſubmiſſus.

7 Si bona de pignore capta ſint mobilia auferentur à manu, & poteſtate debitoris, & committentur cuſtodiæ proximioris vicini non ſuſpecti, & qui ſit ſoluendo, quorum exequutor fidele inuentarium, aut ſummariam deſcriptionem faciet, cuius & ſuę exequutionis copiam tradet debitori, aut in eius abſentiam portę domicilij illius affiget licet non petatur.

8 Incātabūtur & ſubhaſtabūtur pignora capta prima die fori, aut curię loci, & ſi forus, aut curia ibi non ſint, & ſumma debita centum ſolidos Turonenſes non excedat fient in locis ſolitis.

9 Vbi vero ſumma centum ſolidos excederet fient in loco fori proximiori die fori niſi debitor ad minuendas expenſas conſentiret fieri ſuper loco.

10 Primò incantu facto proclamabit exequutor, quod octaua die ſequenti ſimili die fiet dictorū pignorum vltimus incantus, & deliberatio, & debitori pretium ſi quod oblatum eſt ſignificabitur; die aſſignata ſi interea debitur non ſatisfecerit vltimus incantus fiet, & vltimo, & plus offerenti pignora liberabuntur.

11 Sin autem pignora ſint immobilia, & ſumma debiti centū ſolidos nō excedat, proclamationes, & ſubhaſtationes fient ſuper loco proximiori die fori ſi ibi ſit forus, & ſi non ſit forus eo die quo curia eſt teneri ſolita, aliàs vt ſupra dictum eſt de bonis mobilibus.

12 Vbi autem debitum centum ſolidos excederet tres incantus inter quos non erit minus interuallum ſex dierum integrorū fient ſuper loco die fori, ſi ibi ſit forus, alioquin die qua curia eſt teneri ſolita, & locis conſuetis.

13 Si eiſdem incantibus nullus pro ſe aut alio ſit licitator creditor in

vltimo incantu offerre pretium poterit, cui alio non maius pretium offerēte pignora liberabūtur;vbi vero creditor,nec alius pretium offeret,poterit creditor de bonis de pignore captis ad extimationem proborum virorum iuratorum pro concurrenti quantitate debiti, & expenſarum capere.

ANNOTATIONES.

6 Sed ad quid ſe opponet,ſi oppoſitione non obſtante literæ debent exequi,poteſt tamen ſe opponere,& exequutionem vitare ſi imprompτu de oppoſitione fidem faciat,nempe ſolutionis nouationis falſi compenſationis, & ſimilium à iure admiſſarum Franc. Marci.q. 146.& 207. p. 2. Rebuffus hoc tractatu artic.1.gl.9. Ozaſ. deciſ.92. Theſſ. deciſ. 26.nam ſtatutum reijciens exceptiones non intelligitur reijcere eas de quibus imprompτu fit fides,& calumniæ ſuſpitione carentes c. literas.de reſtit.ſpol.Crau.in reſponſio. pro Sauil. nu.64. ſic dicimus ſpoliatum ante omnia eſſe reſtituendum niſi imprompτu de vitio, ſeu non iure ſpoliati conſtet, vt in conſilijs redditis in cauſa Finarienſi; exceptiones vero requirentes altioré indaginem nō poſſunt retardare,& remittuntur in aliud tempus.Bar.in l.4 §.condemnatū.ff.de re iud. Franc.Marci.q.249.par.1. Boer.deciſ.79. Afflic.deciſ.52.

Boues tamen & inſtrumenta arratoria ruſticis non poſſunt capi niſi in defectum aliorum.l.exequutores. C.quæ res pign.& lib.3.tit.38.nou. ord. Ducal. Itē in pupillis eſt obſeruanda forma.l.à diuo Pio.de re iud.vt docet Io.Papon.lib.18.tit.6.cap.5.& 28.

10 Ex decretis Ducalibus antiquis, & nouis, debitor poſt deliberationem ſuorum mobilium habet adhuc terminum octo dierum ad illa redimendum, & actis exequutorialibus debet interponi decretum vocato debitore, quod & in Gallia olim obſeruatum fuiſſe teſtatur Gallicus paraphraſtes Maſuerij.

12 Concordant ferè decreta vetera Sabaudiæ lib.2.cap.175.ſed noui ordines lib.3. tit.39. quatuor incantus fieri iubent in omnibus bonis immobilibus ſine diſtinctione valoris. iſtas ſubhaſtationes excludere Remedium legis.2.C.de reſcind.vendi. cenſuit Alc. conſi. 13.Tom.3.lib.8.ſed contrarium late defendit Cagn.in d.l.2.nu.161.& ſæpius olim iudicauit curia regia Pedemontium præſertim anno 1549.inter Marquetum Zorgnoti,& Antonium Borrini Aſtenſes,& iterum inter Franciſcum Leſcam, ac Ioannem Sartoris, & Bartolomeum Corij de Lanceo. Excludunt etiam hæ ſubhaſtationes retractum contra vendentes non facta oblatione iuxta doctr. Maſuer.tit.de ſubhaſt. & idem eſt de ſubhaſtationibus,quæ in venditionibus rerum pupiliarium fiunt. Dec.conſi. 222. & ita iudicauimus in cauſa Neyrani,& Garreti Salucienſium habito etiam voto aliorum Doctorum.

13 Ex conſtitutionibus Sabaudiæ deliberantur creditori ſub lucro tertiæ partis æſtimationis fiendæ per publicos æſtimatores,aut duos probos,& expertos, & ita etiam obſeruari mandauerat curia regia Pedemontium anno Domini 1545. in quibuſdam tamen deliberantur ſolummodo ſub lucro ſextæ partis.vt per Theſſ.deciſ.

14 CItabitur inde debitor coram iudice viſurus procedi ad interpoſitionem decreti bonorum de pignore captorum, dicturuſq; cauſas,ſi quas habeat,cur decretum interponi non debeat, & ſi cauſæ per debitorem allegatę ſint inualidæ, iudex ad vtilitatem eius cui fuerunt pignora liberata pro ſumma per eum oblata, aut creditori ſi nullus fuerit licitator pro quantitate debiti ad extimationem prædictam decretum ſuum interponet.

15 Et ſi ſumma in licitatione oblata per creditorem, aut aliũ, aut extimata ſummam debiti, & expenſarum excedat, quod ſuper erit debitori expedietur.

16 Si vero exequutioni literarum obligatoriarum debitor ſe opponat, exequutor diem aſſignabit coram iudice debitori dicturo cauſas ſuarum oppoſitionum, procedet nihilominus exequutor ad pignorationem proclamationes incantus, & ſubhaſtationes pignorum, quę iudicialiter ſequeſtro, aut creditori idoneè cauenti ſi ita voluerint committentur.

ANNOTATIONES.

15 Habet tamen debitor adhuc ſex menſes poſt decreti interpoſitionem ad redimendum pignora ex conſtitut. Sab. lib. 3. tit. 39. & decretis antiquis Philiberti.

16 Si licitator pretium non ſoluat poterit ad id per arreſtationem perſonæ ac bonorum cogi lib. 3. tit. 39. nou. ord. Io. Papon. lib. 18. tit. 6. cap. 14.

Si quis vero exequutorem impedire, aut illi de facto reſiſtere auſus fuerit, vel exequutionem contemnere ex conſtitutionibus Ducalibus priuatur omni iure, quod habet in re, & condemnatur ad publicationem medietatis bonorum. libr. 3 titu. 36. nou. ord. ſed ordinationibus Regijs priuabatur iure, & condemnabatur ad emendam, vt in ord. Fr. p. art. 73. anni 1539.

17 VBi autem contrahẽtes, aut alter ipſorum ante literarum obligatoriarum exequutionem ab humanis deceſſerint erit exequutio ipſarum libellata, & citabitur debitor, aut eius hæres viſurus declarari literas obligatorias fore exequendas, & ſi ſuper qualitate hæredis partes non conuenerint admittẽtur ſuper ea ad probandum infra vnicã dilationem quam iudex arbitrabitur, qua hæredis qualitate probata pronunciabit dictas literas obligatorias fore exequẽdas, & tandem procedetur, vt ſupra dictum eſt.

18 Sin autem tertij ſint aduerſus prædictas exequutiones opponentes exequutor coram iudice cuius auctoritate exequitur eos aſſignabit cauſas ſuarum oppoſitionum dicturos, quum interpoſitionẽ decreti creditur poſtulabit, quibus oppoſitionibus non obſtantibus incantus ab exequutore perficientur.

19 Iudex inde ſuper interpoſitione decreti iuſdicens ſimul ſuper cauſis dictarum oppoſitionum pronunciabit.

ANNOTATIONES.

17 Ex art. 71. ord. Fr. p. anni 1539. & ord. Delph. art. 231. per vnicum defectum in prætenſum hæredem manatum poteſt in eum tanquam hæredem executio fieri.

18 Concordant noui ordines Sabaudiæ lib. 3. tit. 39. & debet opponens intra decem dies de iure oppoſitionum docere alioquin condemnatur ad emendam, quod etiam Regijs ordin. Franciſci primi anni 1539. art. 80. diſponitur.

Exe-

19 Exequutionem ſine fraude factã pro iuſto debito,& aduerſus ipſum debitorẽ ſuſtineri debere ſaltem donec debitum ſoluatur licet in ea nõ ſeruatæ fuerint omnes iuris ſolemnitates,& etiam ſi adſit læſio ſæpius cenſuit curia regia Pedemontium, vt & iudices primarũ appellationũ ſicuti in regiſtris vidimus, ad quod facit.l.ſi non ſorté.§.ſi centum.ff. de cond.indeb.Dec.conſi.449.col.3. Rebuff.de ſent.exeq.art.7.glo.14 Ang.in l.ſi finita.ff. de damno infect.vide etiam Bugn.lib.1.des lois abr. art. 258.

De exequutionibus aliarum ſententiarum in quibus nulla cauſæ cognitio verſatur. Tit. IIII.

1 SImilis erit exequutio aliarum ſententiarum, aut ordinationum ſummam liquidam continentium, quæ in rem tranſierint iudicatam, aut quæ iuxta ordinationes regias exequutioni mandari poſſunt appellatione non obſtante, quæ dictarum literarum obligatoriarum.

ANNOTATIONES.

1 Ex ordin.Ducal.lib.3.tit. 37. omnes ſententiæ poſſunt exequutioni mitti tam in perſonam quam in rem quod & regia curia Pedemontium obſeruabat, & Carolus nonus. rex ſtatuit teſte Bugnon.ad ordinat.de blois art. 82. Et lib.4.titu.29. des lois abr.de iure communi poteſt procedi ad detentionem perſonæ facta excuſſione bonorum, & non aliter gl. in l.3.§.tutores.ff.de ſuſp.tut. Fab.in §.pœn.inſtit.de iure perſon. Angel.in §.eum quoque.inſt. de act Lucas de pœna.in l.nemo carceré.C.de exact.trib.lib.10.Hothom.Ill. quæſt.cap.24.

Ex ordin. Ducal. antiquis omnes ſententiæ latæ ſuper inſtrumentis liquidis exequutioni mandabantur appellatione non obſtante media cautione de quo Antonius Sola decreto ne ſuper pag. 153. item ex conſtitutionibus Galliæ exequutioni mandabantur omnes ſententiæ latæ ſuper principali librarum 40. aut fructibus librarum 10. media cautione; item ſententiæ prouiſionales in materia dotium augmenti nuptialis creationis tutorum confectionis inuentarij interdictionis bonorum prodigis, & inſenſatis refectionis pontium, & itinerum,& multarum non excedentium libras 40. & a liæ de quibus in edicto Henrici Sub. 1559. & per Chalard. in conſtit. Aureliani.art.57.

De cauſis poſſeſſorijs beneficiorum. Tit. V.

1 DIe primæ aſſignationis pars quælibet tenebitur ſuos titulos, & qualificationes affere, vt ſuper illis in promptu plenum poſſeſſorium, aut poſſeſſio pendente lite recredentia dicta ſi fieri poſſit iudicetur.

2 Et vbi difficultates impedirent quo minus in promptu iudicaretur ordinabitur beneficium ſequeſtrari, & ſub manu Regia, & Delphinali regi ſecundum ordinationes generales, & quod partes infra vnicam dilationem, quæ eis aſſignabitur penes iudicem ſuos titulos, & qualificationes cum breui inſtructione reponant,vt ſuper ipſis poſſeſſorium decidatur.

3 Si iudex proceſſum videndo inueniat facta aliqua neceſſaria non ꝓbata

bata probanda tamen teſtibus, aut alias partes aſſignabit ad probandum infra vnicam dilationem, & eodem iudicio parti clarius, & euidentius ex inſpectione titulorum, & qualificationum ius habenti recredentiam ad iudicabit.

4 Sententia adiudicationis recredentię præſtita cautione executioni mandatur appellatione non obſtante.

5 Inſtantię omnes poſſeſſorię querelę(vulgò dictæ)de complaincte, & reintegrandę viſis probationibus ſummarie decidentur vnica die litis conteſtationis dilatione data ad probandum per teſtes, & ſcripturas abſque vlteriori regreſſu.

6 Sententię ſequeſtrationis tam in eccleſiaſticis quam in prophanis cauſis appellatione non obſtante exequutioni mandabuntur.

7 Seneſcalus aut eius locumtenens cum recredentiæ erunt iudicandę ſe cum vocabunt in illarum iudicio quatuor, aut tres ad minus ſuę ſedis aduocatos praticantes neutri partium ſuſpectos, aut fauentes, qui cum eis ſententiam ſignabunt.

8 Si pendente proceſſu ſuper beneficio alter ex collitigantib. ius ſuum renunciauerit tenebitur reſignatarium in cauſa ſiſti facere alias cõtra ipſum reſignantẽ, ac ſi non renuntiaſſet procedetur, & ſententia contra eum lata contra reſignatarium exequutioni poterit demandari.

ANNOTATIONES.

1 In cauſis poſſeſſorijs rerum eccleſiaſticarum, & ſpiritualium iudices laycos eſſe competentes etiam inter religioſos iam diu obtinuit. vide Ozaſchum deciſ.90. Theſſ. deciſ. 130. Puteum deciſ. Rom. cap. 361. & 365. lib. 1. & idem in cauſis realibus obſeruabat curia Pedemontium, inhibendo iudicibus eccleſiaſticis, ne de eis ẽt inter eccleſiaſticos ſe intromitterent, neq; de perſonalibus inter laycos tam defendendo quam agendo. vide ad hæc Amed. Ponte in tracta. quis ſit iud. in cauſa feudi. & ita hactenus fuit practicatum in Marchionatu.

Quid ſit agendum in his cauſis ad obtinendam victoriam. vide Guid. Papæ q. 85. Ferretum conſi. 27. & 28 Aug. de Eccleſia deciſ. 280.

8 De iure communi in cauſis poſſeſſorijs non dabatur appellatio ſaluis iuribus petitorij. vt volunt Doct. in l. vnic. C. ſi de mom. poſſ. ag. Natta conſi. 583. à quibus tamen diſcrepat Bartolus cuius doctrina cum hac praxi concordat, & Gratianus in cap. vlti. §. de poſſeſſione etiam 2. q. 6.

De cauſis appellationum. *VI.*

1 APpellationes, quæ ad iudices in marchionatu exiſtentes deuoluentur, intra quadraginta dies à die interiectę appellationis numerandas ipſa die incluſa coram iudicibus ad quos introducentur, & literæ vulgo dictæ releuamenti appelli obtinebuntur. Quas infra

ſra eundem terminum appellantur exequi facient,& ſi ad curiam parlamenti fuerit appellatum,appellantes pręmiſſa facere tenebuntur intra ſexaginta dies à die interiectæ appellationis etiam numerandas ipſa die incluſa.

2 Si præmiſſis intra dicta tempora appellantes non ſatisfecerint,iudices à quibus fuit appellatum ſuas ſententias ordinationes,aut commiſſiones exequi poterunt appellationibus præfatis,aut oppoſitionibus quibuſcunque non obſtantibus, nec appellato erit neceſſe citari facere appellãtem viſurum appellationem ſuam deſertã pronunciari.

3 Tenebuntur appellantes à ſententijs interloquutorijs in literis releuamenti appelli exprimere ſua grauamina, nec recipientur ad proſequutionem aliorum grauaminum quam expreſſorum.

4 Sententijs proceſſuum dictorum in ſcriptis in quibus teſtes fuerunt examinati ſi ſententiæ plura capita contineant appellantes in eorum concluſionibus declarare tenebuntur capita, & articulos in quibus ſuas appellationes ſubſtinere voluerint, & reliquorum capitũ exequutioni ſententiæ conſentire, aliàs in omnibus, & ſingulis declarabuntur non recipiendi,& abſque ſpe reſtitutionis.

5 Appellantes ſiue à diffinitiuis, ſiue ab interloquutorijs ſententijs acta primæ inſtantiæ afferri facere tenebuntur.

6 Literæ relleuamenti appelli continebunt præceptum fiendum graphario iudicis à quo de afferendis, aut mittẽdis actis originalibus, infra octo dies,ſi appellatio deuoluatur infra Marchionatum ; ſi vero ad curiam parlamenti deuoluatur infra triginta dies à die præcepti ſibi facti ſub pœna damnorum, & intereſſe partis, quod ſi facere recuſet grapharius, aut differat,aduerſus eum aliæ literæ concedentur, quibus citabitur viſurus ſe condemnari ad dicta damna, & intereſſe.

7 Vbi in cauſis appellationum quæ in Marchionatu tractabũtur die primæ aſſignationis appellato datæ acta delata non fuerint alia dilatio ſecundum loci diſtantiam appellãti dabitur, vt intra eam acta afferri faciat.

ANNOTATIONES.

1 Iudex appellationi non deferens grauiter punitur.l. quoniam. C.de appell.& poteſt in partem accipi Papon.lib.19.titu.1.cap.23.& 24. appellari autem debet intra decem dies à die intimationis ſententiæ numerandos Authen.hodie.C.de appell.& concordat lib.3. cap.29.nou.ordin.Ducal.olim appellãdum erat intra biduum vel triduum. l.1.§. quod in ſententijs.ff.quando appel.& intra quæ temp.

Sumptum ex ordin.Delph.art.372.& 374.ſed ex lib.3.nou.ordin.Ducal.appellationes ad pfectos intra viginti dies appellationes ad Senatum intra triginta debẽt introduci.

3 Concordat ius commune. vt per Imolam.cap.cum contingat. de offic.deleg. Nattam conſi.92.Auguſt.Eccleſia deciſ.25.& decreta antiqua Sabau. libr.2.cap.162. ſed ex nouis ordinibus etiam in interlocutorijs ſufficit viua voce appellare.

Sumptum

4 Sumptum ex ordinatione Franciſci primi anni 1539.artic.114. ſed hodie per qualem qualem ſimplicem appellationem totius ſententiæ uis ſuſpenditur Bugn. lib. 3. des loix abr. art.42.& idem nouis ordinibus lib. 3. tit.29.

5 Concordant noui ordines Ducales.lib.3.cap.28.Cynus.in l.per hanc.C.de temp.appel. Auguſt. Eccleſia deciſ.38.

6 Notarius tenetur ad cuſtodiam actorũ cap.quoniam contra falſam. de proba. & contra notarium non edentem poteſt agi ad intereſſe.l.ſi quis ex Argentarijs. ff.de edend. neq; excuſatur allegando amiſſionem protocolli niſi probet caſum fortuitum. Franc. Marci. q.192.par.2.

8 CVius libet partis, ſiue appellantis, ſiue appellatę procurator infra octo dies à die præſentationes conſulet, an partis ſuæ intentio iuridice ſuſtineri poſſit, ſiue agatur de appellationibus verbalibus, ſiue de proceſſibus ſcriptis, qui in promptu iudicari poſſunt, cum nulli teſtes in eis fuerunt examinati, aut alias.

9 Et ſi conſilio habito intelligat iuridice ſuſtineri non poſſe, infra octo dies ſequẽtes id declarabit ꝓcuratori partis aduerſæ, vt in iudicio cõueniant vbi ad aquieſcendũ, aut conueniendum procuratoriũ non haberet, vbi vero haberet infra triduum à die receptionis procuratorij extra iudicium conuenient.

10 Si vero procuratores ſuarum partium iura ſuſtineri poſſe arbitrentur verbo pro tribunali litigabunt, ſi appellationes ſint verbales quæ in promptu iudicari poſſunt, ſin minus proceſſus ſit in ſcriptis, qui in promptu iudicari non poſſit cum in eo teſtes ſint examinati, aut alias iudex ordinabit, quod partes in eo cõcludant tanquã in proceſſu in ſcriptis, & quod appellans tradat ſua grauamina extra proceſſum infra octo dies ſequentes, & aſſignabitur proceſſus ad ius audiendum.

11 Quo facto quælibet pars ſuos ſaccos muniet, vt dictum eſt in cauſis ſupplicationum, qui inde iudici à graphario defferentur, qui iudex ſi videat nulla facta eſſe à partibus propoſita, quæ teſtium examinationem exigant proceſſum iudicabit, ſi vero propoſita, ſint facta ſuper quibus neceſſario teſtes ſint audiendi ordinabit, quod antequam articulus appelli diffinitiue iudicetur partes facta per eas ꝓpoſita probent infra dilationem quam arbitrabitur, in reliquis procedetur, vt dictum eſt in cauſis ſupplicationum.

ANNOTATIONES.

8 Temerè appellantes non ſolum damna, & expenſas appellati ſuſtinent.l. eum quem temerè.ff.de iudic.inſtit.de pœna temerè litig.& l.non ignorat.C.de fruct.& lit.exp.ſed etiã ad emendam condemnantur ex ordin. Franc.primi anni 1539. art.115.& 116. refert Bugnon lib. 5.cap 47.& concordant noui ordines Ducales lib.3. tit. 34. vbi vlterius mandatur appellantem cauere debere de expenſis in caſum ſuccumbentiæ poſtulantę parte quod in ſuſpectis de fuga, & forenſibus ſolummodo obſeruari in Gallia dicit Bugn.lib.1. cap.25.& lib.5.c.29.des lois abr.ad quod etiam Docto.in cap. cum deputati.ext. de iudic.

Appellationis inſtantia de iure ciuili eſt anni, aut biennij. Auth. ei qui. C.de tempo. appell.cap. ei qui.2.q. 6. ex decretis Ducalibus eſt ſex menſium lib.3.tit. 32. Theſſ.deciſ. 10.vide Guid.Papæ conſi.10. Nattam conſi.383. ſed Autor ignotus commentar. ad edictum Regium ſuper autoritate iudicum præſid.glo.32. numero 15. notat ex *Imberto* in curijs Galliæ inſtantiam litium eſſe quadraginta annorum,idemque eſſe in curijs eccleſiaſticis arg.cap.venerabilis.extr.de iudi.de quo Bugnon.lib.2.cap.18.& lib 3.cap.56.des lois abrog. & Chalard.art.57.ordin.Aurel.Franc.Marci.q.418.prima part.

Hoc certũ eſt,qđ per litis conteſtation in nõ interumpitur præſcriptio, niſi lis finiatur intra triennium. Rebuff.de fruct. & eorum reſt.art.2.glo.vnic.nu.39. & ita in Gallia ſanxit Carolus nonus Rex.

Item in ſupremis curijs poſtquam cauſa eſt ad ius inſtructa, & in ea concluſum non currere inſtantiam tradit Ioan. Papon.libr.12.tit.3.capitu.16. & Theſſ.dicta deciſ. 10.& quæ ſint iudicis partes perempta inſtantia Alex.conſil.137.vol.2. Rota in nou.deciſ.cap. 98.de appella.

De contumacia. Tit. VII.

1 ACtori comparenti contra reum per ſe, aut procuratorem in prima aſſignatione legitime non comparentem,concedetur deffectus, qui ſuper eo deffectu literas obtinebi quibus mandabitur, reum contumacem citari, antequam vtilitas dicti deffectus iudicetur, cuius vtilitatis petitio dictis literis alligabitur.

2 Reo die ſibi per exequutorem dictarum literarum aſſignato non comparente aduerſus eum ſecundus deffectus concedetur.

3 Duo deffectus actori contra reum ſufficient, ſi legitimè obtenti fuerint citatione facta ad perſonam, aut domicilium, poterunt tamẽ iudices, ſi citatio ad perſonam facta non fuerit, & qualitas controuerſiæ id exigat tertium deffectum concedere.

4 Deffectus modo præmiſſo obtenti, aut aliæ actoris productiones innentario deſignabuntur,quæ inde à graphario iudici defferentur.

5 Si deffectus legitime interuenerint, iudex eos legitimè interueniſſe pronunciabit,& reum à ſuis deffenſionibus, & exceptionibus quibuſcunque excludet, & admittetur actor ad probandum ſuam petitionem per teſtes; atteſtationibus inde ſuper ea factis citabitur reus viſurus receptionem ipſarum,& productionem literarum, & inſtrumentorum actoris, & illis contradicturus, ſi voluerit, & conuenturus ſuper aſſignatione ad ius audiendum.

6 Reo die ſibi aſſignata non comparente contra eum deffectus cõcedetur, qui extrahetur, pro cuius vtilitate in promptu atteſtationes recipientur,& ad ius audiendum aſſignabuntur.

7 Vbi creditor' literis obligatorijs munitus via exequutionis non procederet, ſed ſimplicis actionis, & exequutio qua reus citatus eſt libellum contineret ſummam petẽdam exprimentem, actori vnicus deffectus aduerſus reum legitime obtentus vnica dilatione, ſalua quã iudex habita ratione diſtantiæ domicilij rei arbitrabitur ſufficiet ad obtinen-

obtinendem victoriam modo inſtrumento obligationis autentico petitionem ſuam iuſtificet.

9 Non audietur reus contumax poſt vnum, aut duos deffectus cōtra eum datos, niſi prius ipſorum deffectuum expenſas reffundat.

10 Reo vero comparente aduerſus actorem non comparentem licentia congedium dicta cōcedetur, ſalua dilatione quam iudex pro diſtantia domicilij actoris arbitrabitur intra quam ſi actor non compareat contra eum reo dabitur purum, & ſimplex congedium pro quorum congediorum vtilitate, ſi legitime interuenerunt reus à petitione actoris abſoluetur cum expenſis.

11 In cauſis autem appellationum appellantē comparenti aduerſus appellatum contumacem duo deffectus ſufficient, appellato vero comparente aduerſus appellantem non comparentem, aut acta primæ inſtantiæ intra tempus ſtatutum non afferri facientem duo congedia ſatis erunt; vbi autem appellatus appellantē anticipari faceret contra appellantem non comparentē congedium, & deffectus concedetur.

12 Si deffectus, & congedia legitime interuenerint à iudice ſuper articulo appelli ad vtilitatem comparentis contra cōtumacem ius dicetur.

13 Partibus vero comparentibus, & aſſignatis ad verbo coram iudice litigandum, ſi actor, aut appellans litigare differant dabitur aduerſus eos congedium, cum autem reus, aut appellatus differāt deffectus contra eos concedetur, ſalua vtroque caſu vnica dilatone quam iudex ad litigandum partibus aſſignabit, qua aſſignatione lapſa, ſi aſſignatis non ſatisfecerint, parti litigare paratæ ſi actor eſt, aut appellās deffectus, ſi reus eſt, aut appellatus congedium cum victoria cauſæ adiudicabitur.

14 Cum agetur de teſtibus examinandis, de extractione ſcripturarum, interpoſitione decreti, exequutione ſententiæ, & taxatione expenſarum vnicus deffectus ſufficiet, pro cuius vtilitate ad examinationem teſtium, extractionem ſcripturarum, interpoſitionē decreti, exequutionem, & expenſarum taxationem procedetur.

ANNOTATIONES.

1 Per vnicum defectum reus amittit fori declinatoriam Maſuer. in praxi. tit. de except. Abbas in cap. ſi duobus. de appell.

2 Sumptum ex Franciſ. primi, anni 1539. art. 26. olim poſt quatuor defectus reus medio iuramento actoris condemnabatur, ſed ius commune contumaces etiam non vult condemnari niſi facta probatione per actorem. l. properandum. de iudic. Natta conſi. 592. & 594. & idem diſponitur nouis ordinibus Ducalibus. equidem præter iuramentum litis deciſiuum, quod ambarum partium voluntate, & conſenſu præſtatur, nulla eſt debilior

probatio ea quæ fit per iuramentum, nihilque abſurdius quam aliquem condemnari, vel abſolui ex iuramento ſpontaneo alterutrius partis, ſiue illud ſit ſuppletiuum, ſeu in litem, ſeu purgatorium,& quo ad ſuppletiuum illius calumniam perſpicientes Galli illud omnino à ſuis curijs expulerũt. Papon.lib.9.tit.6.c.12.& Purpur. in l.admonendi.nu. 385. tot eſſe caſus ait quibus non defertur totque conſiderationes habendas in eo deferendo,vt plane dici potuerit illud regulariter non eſſe deferendum;ex quo perſpicitur quanta ſit ſtoliditas eorũ,qui quotidie ſine delectu perſonæ ex dicto vnius viliſſimi teſtis,qui etiam de confeſſione extraiudiciali parte abſente facta ſolum deponet, & cuius dictum in parte falſum eſſe notorie deprendetur, debitores egregiarum ſummarum per authenticas ſcripturas conuictos hoc veluti emplaſtro adhibito abſoluunt, ſed de his alias commodiore loco dicemus.

6 Ex ordin. Delph.art.232.

7 Vide ad ſequentes articulos in Auth.de litig.§. omnem vero.coll.8.titu.8. contumax etiam multatur pęna pecuniaria.l.2.ff.ſi quis iuſdic.& in nouis ordin.quod ſatis immoderatè obſeruant nonnulli iudices eccleſiaſtici.

9 De iure communi contumax appellans non auditur. Natta conſi.92. Auguſt. Eccleſia deciſ.13.ſed ex nouis ordinibus Ducalibus ſententia lata contra contumacem exequutioni mittitur media cautione.

Item contumax amittit beneficium fori declinatoriæ. Bald.in l.fi.C.de except.Sola in lib.3.nou.ord.tit.9.gl.1.

14 Ex ordin.Delphin.art.191.idem erat cum agebatur de pronuntiando aliquem hæredem,& de pronuntianda apocha pro recognita ex ordin. Franc.primi, anni 1539.art.92 in qua etiam materia quilibet iudex erat competens.

De commiſſarijs ad teſtes examinandum. Tit. VIII.

1 Commiſſiones ad examinandum teſtes eis derigentur de quibus partes pro ſua commoditate conuenient, ſiue ſint iudices grapharij, aut aliæ perſonę notabiles,& expertæ, niſi iudex alium ex iuſta cauſa committeret, & vbi partes infra triduum poſtquam iudex eas pronunciauit contrarias commiſſarium non nominarent, iudex pro arbitrio committet vbi vero his, qui atteſtationes fiendas proſequitur commiſſarium nominaret aduerſarius vero contradiceret aliũque ſumptus maioris deſignaret, & iudex per contradicentẽ nominatum committeret contradicens expenſas quanto maiores manu leuabit, ſaluo iure repetendi in fine litis, ſi fieri debeat.

2 Iudici aut commiſſario nõ adhibebitur adiunctus,niſi partibus,aut altera earum petentibus, qui tunc expenſis petentis accipietur, ſaluo iure repetendi in fine litis ſi fieri debeat;parte vero vtraque requirente expen.partis teſtes producentis adhibebitur; poterunt nihilominus, aut commiſſarij ex officio adiunctum accipere ſi pro qualitate negotij partium litigantium,aut teſtium eis videatur.

3 Partes contra quas teſtes erunt examinandi, aut earum procuratores citabũtur viſuræ procedi, & iurare teſtes, alias à commiſſario nulliter procedetur,& aduerſus eum partibus erit recurſus.

4 Iudicibus & commiſſarijs inhibetur, ne in ſuis proceſſibus verbalibus atteſtationum, copias ſuarum commiſſionum factorũ procurationum

rationum, aut aliarum productionum partium inſerant, ſed eorundem originalia dictis proceſſibus alligent, niſi producentes ſua originalia retrahere vellent; quibus etiam inhibetur, ne parte citata in aſſignatione comparente inquirant de loco die, & hora aſſignatis, parte vero aſſignata non comparente ſummarie facient dictam inquiſitionem in qua tamen non inſerentur depoſitiones teſtium, ſed in genere tantum ſubſtantia ſimplex relationis eorum.

5 Coniungent commiſſarij articulos eadem facta continentes ſuper quibus teſtes erunt audiendi.

ANNOTATIONES.

1 Vide ad hoc caput Bar. in l. mediterraneæ. C. de ann. & trib. lib. 10. debent autem commiſſarij ipſimet teſtes audire, & interrogare, & rationem eorum depoſitionum inquirere ac demum teſtibus eorum depoſitiones legere prout etiam ordinationibus Delphin. cauebatur art. 294. & debent interrogare, tam pro producente quem contra Cag. l. 2. nu. 102. C. de edendo. Theſſ. deciſ. 261. neque etiam poterant olim vltra decem teſtes in vnoquoque articulo produci. Io. Papon. lib. 9, tit. 1. cap. 18. 19. & 20.

2 Ex nouis ordinibus Ducalibus non datur adiunctus. lib. 3. tit. 19.

Neque debent teſtes ſponte venire ad deponendum, ſed citari per nuntium alias redduntur ſuſpecti, vt eiſdem nouis ordinibus cauetur, & tradit Maſuer. titul. de teſtib. nume. 11.

3 Concordat. l. ſi quando. C. de teſt. & nouæ conſtit. Ducal. lib. 3. tit. 18. in fine.

4 Regulariter enim nõ creditur referenti niſi conſtet de relato. Auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. Bald. in l. in ciuile. ff. de leg. Natta conſi 634. nu. 15. & 16.

Animaduertendum eſt etiã quod in varijs depoſitionibus vniuſmet teſtis ſtatur primę ſi fuerit iurata alias ſecundæ. Papon. lib. 9. tit. 1. art. 13. Fran. Marci. q. 178. prima parte, & q. 167. ſecunda parte.

PROVINCIA DI TORINO

De recuſationibus. *Tit. VIIII.*

1 CVm recuſationes verbo, aut ſcripto propoſitæ erunt friuolę, iudex recuſatus eas friuolas pronunciare poterit, & quod illis nõ obſtantibus ab eo procedetur, vt iuris.

2 Si ab ea ſnĩa fuerit appellatum nihilominus vltra procedetur non tamen per iudicem recuſatum, ſed per alium, qui eo abſente ſedem tenere ſolitus eſt, ſiue ſit locũtenens particularis, aut antiquior aduocatus ſedis, nec tardabitur proceſſus prætextu prædictæ recuſationis, & appellationis.

3 Si cauſæ recuſationum legitimæ reperiantur vnica dilatio ad illas probandum recuſanti aſſignabitur ab eo, qui vt dictum eſt loco iudicis recuſati ſedere ſolitus eſt, qui ſi recuſationum cauſæ probatæ non ſint lapſa dilatione abſque alia declaratione, aut excluſione recuſantem à cauſis recuſationum repellet, & nihilominus pendente probatione recuſationum in principali procedet.

ANNO-

1 Sumptum ex ordin Delph.& Fran.primi, anni 1539.art.10.& ſeq. & concordat ius commune. vt per gloſ.in l.apertiſſimi.C.de iudic.ſed ex nouis ordinibus Ducal. lib.3.titu.10. hęc cognitio ſuper recuſationis iure ſpectat ad iudicem ad quem appellatio,& nihilominus eadem cognitione pendente aduocatus ſenior tribunalis iudicis recuſati procedit in meritis vſque ad ſententiam, quam tamen non profert niſi euacuata cauſa recuſationis.De iure communi iudex qui alias, vt ſuſpectus recuſari poterat, ſi non fuerit recuſatus poteſt procedere valide,& proceſſus coram eo factus valebit.Bald.& Ange. in l.2.ff.ſi quis in ius voc.Balb.deciſ.47.

2 Et ita quo ad iuriſdictionem, ac priuilegium antiquioris aduocati concordant ferè decreta Ducalia,ſed in hoc numero non eſt aduocatus officij,ſeu fiſcalis, & patrimonialis.Papon.lib.7.tit.9.arreſt.4.

3 De iure cõmuni probatis cauſis recuſationum datur ordinario iudici adiunctus Auth. ſi vero contigerit. C.de iudic. vbi mat.

Item ex decretis Ducalibus,qui non probat propoſitas cauſas recuſationum condemnatur ad emendam ſcutorum decem auri.

De cauſis criminalibus. *Tit. X.*

1 PRoceſſuum criminalium,ſiue ſint decreta citationum perſonaliũ, aut incarcerationum interrogationes reorum, repetitiones teſtium,confruntationes, aut alij actus à ſolis iudicibus, aut eorum locumtenentibus, & aſſeſſoribus fient.

2 Nemo deinceps pro crimine citabitur perſonaliter compariturus, aut incarcerabitur, niſi legitimis informationib. & decreto citationis perſonalis,aut incarcerationis pręcedentibus,niſi delinquentes in flagranti crimine reperirentur, & contra eos eſſet euidens ſuſpitio fugæ.

3 Procurator Regius Delphinalis, aut alterius Domini Procurator (dictus procurator officij) poſtquam ad eius notitiam crimina peruenerint, ſine mora procurabit informationes ſumi, quibus ſumptis incontinenti in calce earum concludet,ſine ſalario,vt inde à iudice ſecundum criminis qualitatem prouideatur.

4 Iudicis prouiſio, ſiue decretum ſcripto in forma ſententiæ redigetur, & ab eo & graphario ſubſignabitur, & ei data apponetur, & inde literæ eiuſdem datę ante executionem decreti expedientur.

5 Quas literas citationis perſonalis, aut incarcerationis grapharius tandem dicto procuratori expediet, & eis verba ſimilia ſubſcribet, expeditę tali die procuratori, qui procurator tenebitur quam citius facere poterit eas exequi facere.

6 In criminibus leuibus,& modici nomenti, iniuriarũ leuium,damnorum ab animalibus datorum, tranſituum per aliena prædia, reparationum, & occupationum itinerum, ſiue iunctus ſit dictus procurator; ſiue non, ſummarie à iudicibus ordinarijs procedetur, qui aliam

aliam formam non obſeruabunt quam denunciationes, aut accuſationes, informationes, & reſponſiones recipere, reos inde mediante cautione relaxare, ac parte priuata poſtulante damnum ſi locus damno ſit extimabitur, maiorque ſolemnitas non obſeruabitur licet partes ampliori proceſſu ſe inuoluere cuperent; quas cauſas iudices in viſitationibus, ſiue aſſiſis iudicabunt.

7 In alijs vero cauſis criminalibus maioris momenti procedetur, vt infra.

De crimine accuſatorũ, ſiue fuerint citati perſonaliter cõparituri, & compareant, ſiue ſint carcerati, ſine mora in Camera criminali, aut tribunali non in domo iudicis, aut alio loco priuato ſi in loco aliqua ſit Camera criminalis, tribunal aut alius locus deſtinatus ad proceſſus criminales faciendos, diligenter & ſeparatim interrogabuntur, & interrogationibus ore proprio ſine aduocato procuratore, aut alterius cuiuſcunque perſonæ miniſterio accuſati reſpondebunt, quæ interrogationes, & reſponſiones pro qualitate perſonarum, & delicti modo præmiſſo repetẽtur, vt ab ore reorum ſi fieri poſſit veritas eruatur, nec audientur volentes in iudicio contendere ſe non eſſe accuſandos, & ideo facta, & articulos crimina de quibus accuſantur concernentes eis eſſe communicandos.

8 Interrogationes, & reſponſiones perfectæ, & in formam redactæ ſine mora procuratori Regio Delphinali, aut officij communicabũtur, vt ſuper illis pertinenter concludat.

9 Qui ſi accuſati confeſſiones ſufficientes reperiat, ita quod diffinitiuè ex eis concludendũ videatur, confeſſiones parti priuatę ſi quę ſit communicabit, vt inde intelligat an etiam diffinitiuè concludere velit, ſi itaq; vtriq; ex confeſſionibus accuſati concludendũ videatur, concluſiones ſcripto redigentur, quæ accuſato communicabuntur, vt illis reſpondeat forma attenuationis, aut diminutionis pœnæ.

ANNOTATIONES.

1 Ex ordin. Delph. art. 322. & 362. & concordat ius commune, vt per Doct. in Auth. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtr. Marſil. l. 1. nu. 10. ff. de quæſt. cauſa vero criminalis dicitur quando pro crimine agitur ad pœnam applicandam fiſco, & parti aut fiſco tantum, ciuilis vero quando agitur pro intereſſe partis tantum. glo. in l. 3. in verbo centum aureorum. ff. de ſep. viol. Angel. in prin. inſtit. de act.

2 Ex ordin. Delph. art. 326. & vide Nattam conſi. 594. num. 14. vbi iudicem citare quem non poſſe ait niſi legitimis indicijs præcedentibus quæ ſaltem ad torturam ſufficiant ex Bald. Alex. & Socin. debet etiam conſtare de delicto, vel per denunciationem in his quæ ſunt facti tranſeuntis, vt blaſphemia, vel per rei euidentiam in his quorum veſtigia remanent, vt vulnera homicidia. l. 1. §. illud autem. ff. ad Sylleian. vbi Bart. hæc multo magis locum habent per inquiſitionem, quia iudex non poteſt inquirẽdo ex officio aliquem moleſtare niſi prius contra eum habeat informationes de mala fama, & ſi ſecus agat te-

netur in ſindicatu.And.Sic.conſi.47.vol.1.Io.Papon.lib.24.tit.3.arr.4. & 8.

3 Procurator officij ex nouis ordinibus poteſt interrogationibus reorum, & teſtium interuenire quod in marchionatu ex priuilegijs non permittitur neque de iure cõmuni. Afflict.in conſtitutionib.Neapolitanis c.quæſtionem. nu. 3.tit. de quæſt.inter fiſcum & priu. Io. Papon. lib.24.tit.5.cap.1.

5 Ex ordina.Delph.art.325.

6 Concordant decreta Ducalia.lib.4.tit.16.vbi tamen additur expenſas non debere excedere ſummam principalem.

7 Ex ordin. Delph.art.361. ſed ex nouis conſtitutionibus. Ducalibus non defertur reis iuramentum ſuper eorum facto, quod & de iure ciuili obſeruatum fuiſſe videtur arg. l.fi. C.de prob.l.dolum.C.de dolo.l.metum. C qđ metus cauſa.Bar.in l.maritum.ff.de quæſt. Bald.in l.1.C.quomo. & quando iudex ſcilicet in arduis cauſis.

Ex ordin.Delph.art.343.& ex hoc improbatur doctrina Andreæ Siculi.conſi.47.vol.1.

8 Ex ordin.Delph.art.328.

9 Confeſſio ſola non ſufficit niſi alijs adiuuetur adminiculis, vt reus condemnetur ad mortem Franc. Marci q.919.vt & confeſſio facta coram in competenti iudice non nocere dicitur Papon.lib.24.tit.7.cap.1. & facta in tormentis ab eo qui non debuit torqueri. Aluarez in ſpec.pont.& regum cap.87.& cap.89. p.540. quamuis alij ex his induci ſemiplenam probationem voluerint.

10 VBi vero alter eorum præfatas concluſiones ca pere recuſaret,ſine mora ordinabitur teſtes examinatos eſſe aduocandos, vt repetãtur, & accuſato cõfrontẽtur infra dilationẽ ꝙ pro qualitate negotij partiũ, & locorũ iudex ſtatuet qua pendente accuſatus nõ relaxabiĩ.

11 Sin autem qualitas negotij, tam modici momenti videatur, quod partibus in iudicio auditis ordinaretur proceſſum forma ordinaria tractandum, tunc præfigetur vnica dilatio ad probandum qua pendente reus mediante cautione limitata pro qualitate delicti relaxabitur cui tamen iniungetur, quod die receptionis atteſtationum, ſe in eo ſtatu quo tunc eſt reſtituat.

12 Si intra ſtatutam dilationem ad teſtes adducendum pro confrontationibus faciendis,aut probandum, vt ſupra partes reſpectiuè non ſatisfecerint,ſuper concluſionibus,quæ ſine mora à qualibet partium capientur, proceſſus in eo ſtatu quo tunc erit iudicabitur niſi ex magna,& vrgenti cauſa ad quæ ſupra faciendum ſecnnda, & peremptoria daretur dilatio, qua lapſa amplius partes non audientur.

13 Vbi extraordinarie procedetur teſtes cõparentes incontinenti à iudice iuramento prius ab eis præſtito abſente accuſato repetentur, ſuper hijs in quibus prioribus depoſitionibus ſuis perſeuerabunt,ꝗ accuſatum onerabunt; & tãdẽ ſeparatim eidem accuſato confrontabunĩ.

14 Forma autem confrontationis hæc eſt, teſtis & accuſatus coram iudice ſimul præſentes veritatis iuramentum præſtabunt, & antequã legatur teſtis, depoſitio accuſatus teſte præſente interrogabitur, an aliquas habeat cauſas reprobationum aduerſus eum, quas proponere in promptu iudex ei iniunget, quod facere tenebitur accuſatus,

aliàs

aliàs in poſterum non audietur, & huius concluſionis accuſatum expreſſim iudex certiorabit.

15 Si teſtem accuſatus non reprobet nolleque eũ reprobare imò eius depoſitioni ſtare velle declaret, aut ad allegandũ reprobationes, aut ad eas ſcripto redigendum dilationem petat, aut poſtquam allegatæ in promptu ſcripto erunt redactę, accuſato pro confruntatione legetur teſtis depoſitio, qua lecta amplius non audietur ad teſtis reprobationem accuſatus.

16 Perfectis cõfrontationibus proceſſus, ſine mora dicto procuratori tradetur, qui diligenter eo viſo concluſiones præparatorias, aut diffinitiuas in promptu ſcripto dabit.

17 Qui ſi qua facta peremptoria ab accuſato ad ſui exonerationem, aut innocentiam, aut ad teſtium reprobationem legitima, & admiſſibilia videat allegata, petet q̃d accuſatus in promptu teſtes nominare teneatur quibus ea facta probare intendit, alias procurator diffinitiuè concludet.

18 Et ſuper dictis concluſionibus videbit iudex diligenter proceſſum, & extrahet facta admiſſibilia ad exonerationẽ accuſati, aut reprobationem teſtium tendentia, ſi quæ ſint, quæ accuſato inde oſtendet, & ordinabit, quod accuſatus teſtes nominet in promptu quibus dicta facta probare intendit, quod facere tenebitur accuſatus alias ad id nunquam poſtea recipietur.

19 Teſtes ab accuſato nominati à iudicibus, aut ab eo commiſſis audientur ex officio expenſis accuſati, qui penes grapharium ſummã à iudice ad id ordinatam conſignare tenebitur ſe poſſit, alias expenſis partis priuatæ, ſi quæ ſit alias Regijs, aut Domini loci cuius iudex de crimine cognoſcet, ſi nulla pars ciuilis ſit, aut quæ non ſoluendo exiſtat.

20 Reſiduum proceſſuum criminalium fiet expenſis partis priuatę, ſi quæ ſit, & ſit ſoluendo, alias expenſis Regijs, aut domini loci cuius iudex de crimine cognoſcet.

21 Si ex proceſſu appareat accuſatum eſſe torquendum, aut quæſtioni extraordinarię ſubijciendum, ſine mora ſentẽtia torturæ accuſato pronunciabitur, quæ niſi ſit ab ea appellatum in promptu exequutioni mandabitur.

22 Si quæſtioni ſubiectus nihil contra ſe cõfiteatur ius fiet ſuper eius abſolutione, & calumnioſę accuſationis reparatione, ideo partes iudicialiter audientur, vt ſuas concluſiones inuicem capiant, & proceſſus ſi fieri debeat ordinariæ tractandus iudicetur.

23 Vbi proceſſus criminales ordinaria forma tractati iudicabuntur iudices ſi pœnam corporalem accuſatis videant imminere, manda

bunt eos carceribus reſtringendos, & dictis procuratoribus iniungẽt id diligenter curare, vt reo præſente ſententia pronuncietur, vt ſine mora exequutioni poſſit demandari.

ANNOTATIONES.

11 In cauſis non exigentibus pœnam ſanguinis reus media cautione poſt datas reſponſiones debet relaxari alias iudex litem ſuam facit, & condemnatur ad omnia damna expenſas, & intereſſe partis detentæ, & ita ſæpius obſeruauit curia Pedemontium, & præcipuè anno 1556. menſe Settembri, contra Caſtellanum Villæfalletorum.

13 Ex ordinationibus Delphinat. articul. 330. & hæc ratio teſtes cum accuſato confrontandi antiquiſſima eſt, vt indicat etiam locus Corn. taciti lib. 15. Annalium cuius hæc ſunt verba. Accita quippe epicharis, & cum indice compoſita nullis teſtib. innixum facilè confutauit. de huiuſmodi confrontatione. vide Iul. Clar. §. fin. q. 45. verſic. ſed in propoſito. Aluarum in ſpecul. cap. 89. par. 582. & in nouis ordinibus Ducalibus lib. 4. tit. 16. vbi dicitur non eſſe neceſſariam repetitionem, & confrontationem ſi reus fateatur delictum.

15 Ex ordin. Delph. art. 335. & ſeq. ſed hodie ex priuilegijs anni 1590. 25. Feb. poteſt dare obiectus etiam poſt confrontationem.

16 Hodie ex ſtatuto Saluciarũ, & generali priuilegio Marchionatus anni 1589. 27. Settẽbris poſt factas confrontationes datur reo copia proceſſus cum termino ſaltem octo dierum ad faciendas defenſiones iuxta doctrin. Bart. in l. vnius. §. cogniturum. & l. vltim. ff. de quæſt. quam laudat & ad cœlum euehit And. Sic. conſ. 47. vol. 1. & communiter obſeruari dicit Clar. §. fin. q. 49. in pract. crimin. etiam ſi reus deprenſus fuiſſet in fragr. crimine niſi ſcandali periculum eſſet in mora pœnæ imponendæ, vt per eundem Clar. d. §. fin. q. 8. etiam ſi eſſet confeſſus, vt ibidem. q. 64. & q. 49. & etiamſi non petatur à reo. arg. l. ſi non defendantur. ff. de pœn. Aluarez in ſpec. cap. 89. par. 582. & pendente hoc termino, qui etiam ex cauſa ſolet prorogari, reus poteſt dare ſchedulas poſitiones facta, & teſtes producere, & alia facere, quæ ad defendendum innocentiam, ſeu excuſandum delictum pertinent, & iuri communi concordant etiam noui ordines Ducales lib. 4. titu. 16. & totius Italiæ praxis. vt ait Aluarez. cap. 87. par. 564. ſui ſpec.

21 Ex nouis ordinibus criminalibus omnibus iudicibus inhibetur, ne ad quãuis interlocutoriam inferentem pœnam corporalem, aut diffinitiuam procedant ante concluſiones procuratoris fiſci. Dictum vnius teſtis omni exceptionẽ maioris de viſu eſt ſufficiens indicium ad torturam Andr. Sic. conſi. 47. vol. 1. Item duo conteſtes de inimicitia accuſati cum offenſo, iuncti cum infamia accuſati Aug. Eccleſia deciſ. 203. Bart. in l. fi. ff. de queſt. item confeſſio extraiudicialis probata per duos conteſtes etiam ſi ſit facta abſente parte. glo. in l. capite quinto. ff. ad leg. Iul. de adultus Auguſt. Eccleſia deciſ. 233. ſi autem de hac confeſſione extraiudiciali facta abſente parte eſſet tantũ vnus teſtis, ille nec ſemiplene probaret, prout regulariter ad inferendam reis torturam requiri videtur neque probationem vllam aut inditium faceret. Bar. in l. vlt. nu. 7. ff. de quæſt. & l. fi. C. de iud. fam. herciſ. & Clarius Salic. in d. l. vlt. Bart. Socin. conſi. 118. & in terminis hoc voluerunt Alex. conſi. 132. nu. 14 vol. 5. Maranta de ordine iud. in 5. actu 6. partis. p. 282. Alciat. conſi. 2. nu. 5. lib. 1. Crauet. conſi. 268. nu. 5. Bertr. conſi. 65. vol. 2. Afflic. deciſ. 364. nu. 4. Blancus in l. fi. nu. 206. ff. de quæſt. & Ozaſ deciſ. 79. num. 29. & propterea neque etiam in ciuilibus eſſet locus iuramento ſuppletiuo cum illud ſemiplenam probationem requirat ex parte altera non eliſam Docto. in l. admonendi. ff. de iureiur. Natta conſi. 279. num. 5. Fran. Marci q. 388. in 1. parte. & de alijs inditijs & torturam, vide Theſſ. deciſ. 23. Papon. lib. 24. tit. 9. Frã. Marci q. 182. 183. & 87. in 2. parte Aluarum in ſpec. c. 87. par. 556.

22 In Gallia accuſati nō abſoluuntur pure,ſed ponuntur extra proceſſum,& liberum ſem per eſt procuratori eos proſequi ſuperuenientibus nouis informationibus Papon.lib.24. tit.5.cap.4.arreſtorum.

24 PEna pecuniaria mulctati erga Regem Delphinum, aut dominū loci à carceribus non relaxabuntur, niſi mulcta ſoluta, quibus mandatum relaxationis à grapharijs non expedietur, niſi grapharijs quitantiam receptoris Regij, aut domini oſtendant.

25. Erga partem priuatam pœna pecuniaria condemnati ex condemnatione pro intereſſe partis detinendi non relaxabuntur, niſi partis conſenſu regiſtrato, cuius grapharius in expeditione mandati relaxationis mentionem faciet.

26 Mulctatus pena pecuniaria erga Regem, aut Dominum ſolus appellans relaxabitur, conſignata mulcta in manibus receproris Regij, aut Domini, & præſtita cautione pro intereſſe partis priuatæ.

27 Si vero dictus procurator à cōdēnatione mulctę pecuniarię appellet tanq̄ à minima cōcludatq́; reū pena corporali puniendū non relaxabitur condemnatus etiam penam pecuniariam conſignans, anteq̄ ſuper appellatióne iuſdicatur; ſin autē concludat tm̄ pecuniariā eſſe augendā relaxabit adiudicatam conſignans, & pro eo quod ſupereſt cauens, vbi vero procuratoris concluſiones eſſent tantum generales tenebitur procurator appellando coram iudice à quo declarare, an penam corporalē, aut pecuniariam proſequi vellit, vt ſuper relaxatione, aut detentione condemnati, vt rationis erit prouideatur.

28 Sin autem ſola pars priuata appellauerit relaxabitur appellans præſtita cautione de iuditio ſiſtendo, & iudicato ſoluendo pro ſumma quam iudex ad quem arbitrabitur.

ANNOTATIONES.

26 Condemnari quis poteſt ad pœnam corporalem ex indicijs, & vehemēti præſumptione dummodo conſtet de delicto. Papon.lib. 4.tit.8.& condemnatus in contumaciam ex ordinibus Ducalibus poteſt intra annum ſe præſentare, & ſolutis expenſis, & mulctis innocentiam purgare. de iure ciuili appellans à pœna pecuniaria debet relaxari ſaltem media cautione per.l.ſi qua pœna.ff.de verb.ſign. Item ex conſtitutionibus Sabaudiæ à mulcta non videtur poſſe appellari, ſed ſolum contra iudicem recurri, ſed ex Regijs Caroli IX. ſententiæ pœnarum non excedentium libras quadraginta executioni mittuntur ſine appellationis præiudicio. qui autem non habēt in ære luunt in corpore, nec poſſunt bonis cedere quoad fiſcum: ſecus quoad partem Pap.lib.24.tit.10.arreſt.10. & vnus iudex in vna met ſententia poteſt reum condemnare ad pœnam pecuniariam, & ſi ea non ſoluatur intra certum terminum in pęnam corporalem.Imol.in l.publicorum.ff.de publ. iud.Rebuff.de ſent.exequut.art.15.glo.1.nu.15. Item ex nouis ordinibus anni 1583. appellationis quæ intra ſex menſes non fuerunt euacuatæ habentur pro deſertis.

De literis gratiæ. Tit. XI.

1 LIteras gratiæ remiſſionis, aut venię impetrantes, cuiuſcunque ſint ſtatus, aut qualitatis tenebuntur perſonaliter in iuditio, & audien-

tia eas præſentare quarum eis præſentibus nudo capite, & genibus flexis lectura fiet Aduocato, & procuratore ſedis, & partibus ſi quę ſint vocatis, & interrogabuntur ſupplicantes medio iuramento, an literæ veritatem contineant, & ſi earum interinationem petant; & inde ſine mora clauſis carceribus detinebuntur, vt ſuper crimine amplius interrogentur maximè ſuper informationibus ſi quæ ſint.

2 Si informationibus prioribus, aut poſterioribus dictis literis plus oneretur impetrans quam literæ contineant, aduerſus eum ſuper obreptione, aut ſubreptione illarum, & contentis in informationibus extraordinarie procedetur, vt ſupra dictum eſt de alijs criminoſis.

3 Si literæ confeſſioni impetrantis informationibus, & facti veritati conueniāt, aduocato & procuratore Regijs Delphinalibus, & partibus auditis ad interrinationem illarum, vt rationis procedetur.

4 Sin autem literæ obreptitiæ, aut ſubreptitiæ reperiantur nulla earum habita ratione impetrantes punientur.

5 Omnibus Regijs, & Delphinalibus officialibus inhibetur, ne pro interrinatione literarum gratiarum remiſſionum veniarum, & reſtitutione à bamno per ſe, aut interpoſitas perſonas aliquid capiant.

6 Eiſdē etiam & alijs quibuſcunq; officialibus inhibetur, ne de cætero aliquam pecuniariam ſummam, aut æquipolentem capiant, aut recipiant pro relaxatione carceratorum perſonaliter citatorum, aut arreſtatorum.

7 Nulla deinceps ab officiarijs Regiis Delphinalibus, aut Dominis iuriſdictionem temporalē habentibus pro criminibus fiat compoſitio, ſed eorum cognitio iudicibus, & officiarijs pro debita iuſtitia miniſtranda relinquatur, qui ſuas ſententias cōdēnationes, & iudicia nō ſuſpendent, nec miſericordiæ Domini remittent, nec ipſi miſericordia, aut moderatione vtentur, ſed iuſtitiam facient.

8 Appellantes à ſnīa quæſtionis, aut indicente penam mortis, aut aliam penam corporalem, recta ducentur ad carceres iudicis ad quē, nec in hoſpitijs, aut alijs locis remorabuntur; in alijs autem caſibus non deducentur ad carceres iudicis ad quem.

ANNOTATIONES.

1 De literis gratiæ vide l. accuſatore. §. ad crimen. vbi Bar. ff. de publ. iud. & ſi agatur de homicidio, vel ſimilibus non relaxatur reus pendente cognitione ſub quauis cautione, vt fuit iudicatum Taurini in cauſa Comitis Bennarum.

2 De iure communi ad habendam gratiæ interinationem videtur neceſſaria partis offenſæ remiſſio Clarus in pract. crim. §. fi. q. 51. Plotius conſi. 18. ſed ex decretis Ducalib. & Regijs Galliæ cōſtitutionibus ſufficit ius partis læſæ reſeruari, & deinde illius intereſſe, & damna liquidari, & adiudicari.

4 Ex antiquis decretis Sabaudiæ reſcribitur ad principem lib. 2. cap. 177. vbi Sola, & ita etiam de iure communi videtur faciendum. Robert. Marant in quęſt. 1. nu. 20. & 33. equidem

dem ab exequutione reſcriptorum; quæ euidenter contra ius ſunt tam diu ſuper ſedend eſt quamdiu fieri poſſit Rebuf. in tract de reſcr. in præfat. nu. 132. & glo. 7. argu. §. deinde competens. in Auth. de mand. prin. vbi glo. in verbo nuntians Bald. in l. puniri. C. ſi contra ius. Gozad. conſi. 5. nu. 16. Dec. conſi. 390. num. 14. Crau. conſi. 296. num. 3. Hinc recte dixit Accurſius ſummam eorum prælatorum eſſe miſeriam, qui quælibet emendicata principum reſcripta timent neque audent eos de iuſtitia informare. l. puniri. C. ſi contra ius vel vtil. publ.

7 Ex ordin. Delph. art. 365. & 366. & concordant nouæ conſtitutiones Ducales lib. 4. tit. 4. iudex enim non debet eſſe lege clementior. in Auth. de iudicibus. §. oportet autem. coll. 6. neque ad hoc ſedet, vt per gratiam concedat, ſed vt iudicet ſecundum leges Plato in Apolo. Hinc & Ariſtotiles 1. Ethicorum ſcripſit, & Papinianus reſpondit facti quidem quæſtionem in arbitrio eſſe iudicantis, pœnæ autem perſequutionem legis autoritati reſeruari. l. 1. ff. ad Senatuſconſ. Turp. imò ſi iudex imponat reo minorē pœnam q̃ merebatur, efficitur infamis, & ea pœna puniri debet qua debuerat delinquens. Clar. in §. fi. q. 85. licet in Gallia pœnas omnes eſſe arbitrarias vellit Bugn. lib. 4. capi. 24. des lois abr.

De criminoſis contumacibus. Tit. XII.

1 VBi autem criminoſus contumax erit ſi citatus fuerit perſonaliter comparriturus, & die ei aſſignata non compareat contra eũ dabitur deffectus, in vim cuius aduerſus eum decernetur incarceratio, & quod ſi apprehendi non poſſit iterato citabiť perſonaliter cõpariturus die illi per ſeruientē aſſignanda, qua die niſi compareat cõtra eum ſecundus deffectus concedetur, pro quorum duorum deffectuum vtilitate pronuntiabitur, quod cum apprehendi non potuerit tribus breuibus, & peremptorijs edictis citabitur cum annotatione, & ſequeſtratione ſuorũ bonorum donec obtemperauerit; vbi vero initio incarceratio decreta eſt vnicus deffectus debite interuẽtus ſufficiet, vt aduerſus eum ad dictas trium edictorũ citationes, & bonorum ſuorum annotationem, & ſequeſtrationem perueniatur.

2 Dictorum edictorum dilationibus lapſis ſi criminoſus in contumacia perſeueret, contra eum pro prædictorum deffectuum vtilitate ſententia diffinitiua ab omnibus exceptionibus, & deffenſionibus excludetur, declarabiturque reus criminum ſibi impoſitorum conuictus, pro quorum punitione pena criminis quo accuſatus eſt condemnabitur cum reſtitutione expēſarum damnorum, & intereſſe partis priuatæ ſi quæ ſit.

ANNOTATIONES.

1 Ad hoc tamen vt contumax puniatur pro confeſſo debet conſtare de delicto, & adeſſe probatio contra contumacem ſaltem ſemiplena, quia iudex pro abſente etiam tenetur perquirere veritatem arg. l. properandum. §. ſed & ſiquidem. & §. ſeq. C. de iudic. Innoc. c. veniens. de accuſat. Aluar. in ſpec. cap. 89. pag. 582. Natta conſi. 594.

2 Ex ordin. Delph. art. 363 & 364. item contumax priuilegio fori non gaudet niſi perſonaliter compareat. Inno. cap. præterea. de dilat. arg. l. ſi quis ex aliena. ff. de iudic. Marſ. rep. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. Papon. lib. 7. tit. 6. arreſt. 9. & tit. 7. arr. 2. 3. 4. & 5.

Articuli

1 OMnes citationes pro nouis proceſſibus intentandis erunt ſummariæ libellatę petitionem,& ipſius media continentes, vt reus die primæ aſſignationis paratus ſuis defenſionibus veniat,quod facere tenebitur, niſi ex magna, & euidenti cauſa vnica, & peremptoria ad id faciendum daretur dillatio.

2 Nec aliquæ dabuntur dillationes ad deliberandum, abſentiæ ſpectationis conſilij, & ſimiles niſi vnica; ſi euocandus ſit euictionarius, aut ſeruator indemnitatis contra quem citatio erit libellata forma qua ſupra.

3 Literæ cancellariæ poterunt de obreptione ſubreptione, aut illarum inciuilitate impugnari, & ſi obreptitiæ, ſubreptitiæ, aut inciuiles reperiantur impetrantes ab interrinatione ipſarum repellentur cum expenſis; Qui ſi eas doloſè,aut litis protellandę cauſa impetrauerint arbitrio iudicis mulctabuntur.

4 Exceptiones tranſactionis conuentionis renunciationis iuris prætenſi,litis pendentię, & ſimiles à proponentibus in promptu verificabuntur,nec fient ſuper eis proceſſus, nec interloquutoriæ ſententiæ, nec differet propter eas iudex procedere donec ipſis verificatis.

5 Proceſſus omnes,qui ſuper exceptionibus à reo propoſitis,eo tendentibus, ne actor recipiatur, & ne in cauſa procedatur, iudicari poterunt ſi de eis in pru mptu appareat ſuper eiſdem iudicabuntur.

6 Si ſuper pertinentia, aut impertinentia factorum propoſitorum ſufficientia,aut inſufficientia reſponſionum, aut alijs proceſſibus incidenter controuerſia moueatur iudex eam controuerſiam auditis partibus ſummarie decidet victum victori in expenſis condemnando non reſeruata expenſarum condemnatione in fine litis.

7 Partes inuicem tradere tenebũtur copiam à procuratoribus ſuis ſignatam ſupplicationum,poſitionum,ſiue factorum,proceſſuum verbalium, qui ſuper atteſtationibus, aut extractionibus fient, reprobationum,& ſaluationum teſtium,contradictorum productionum, & inuentariorum ſuorum tempore productionis illorum ſuis expenſis, ſaluo illis iure repetendi in fine litis.

8 Petens taxationem expenſarũ tradet breuem earũ declarationem, quæ aduerſario communicabitur, vt infra triduum peremptorie det ſuas diminutiones, ſi ei videatur, quo lapſo ad illarum taxationẽ ſigillatim cuiuslibet articuli procuratore partis aduerſæ vocato, & qui taxationi aſiſtere tenebitur præſente, aut ſi contumax erit in eius abſentiam procedetur, & perinde valebit taxatio ac ſi præſens fuiſſet.

Vbi

9 Vbi à taxatione non erit appellatum, aut ab aliquorum articulorũ taxatione tantum non ab aliorum, taxatio eorum à quibus appellatum non erit ſuum ſortietur effectum, & literæ exequutoriæ ſuper eis concedētur, articuli vero à quorum taxatione appellabitur ab appellante ſingulatim cruce in margine notabũtur, eorumq; tantum taxationis exequutio donec de appellatione cognitũ fuerit ſuſpēdetur non ſuſpenſa taxatione non Cruce ſignatorum, & taxationis illorum exequutione.

ANNOTATIONES.

1 Citatio nõ eſt neceſſaria in exequutione ſententiæ quæ intra annum exequutioni mittitur Guid. Papæ. q. 329. eſt tamen neceſſaria ad videndum fieri proclamata, vt ſupra viſum eſt, & de modo citandi. Sola lib. 3. nou. ord. tit. 3.

2 De iure communi omnes dilationes ſunt peremptoriæ. l. vlt. ff. de fer. vide Bugn. lib. 1. cap. 134. des lois abr.

3 Plutarchus refert Ægiptiorũ Reges ſolitos fuiſſe iudices adiurare, ne quid iniuſtè etiãſi Rex imperaret iudicarent. debet impetrans reſcriptum omnia exprimere quæ concedentem ad concedendum retinere potuiſſent. cap. ſi proponente de reſcr. Abbas cap. conſtitutus. de rel. dom. Curt. conſi. 174. Crau. reſpon. pro rep. Sarc. nu. 66. & ſeq. quia principis reſcriptum ſemper intelligitur citra tertij præiudicium. Brun. conſi. feud. 13. Dec. conſi. 520. num. 3. Natta conſi. 585. ſumma equidem eſt eorum iudicum miſeria, & iniquitas qui quaslibet Principum literas vti cœli fulmina perhorreſcunt, cum facilè ſi eos de iuſtitia & veritate certiores facerent à principum benignitate, & æquitate illarum reuocationem, aut modificationem, vt ita loquar obtinere poſſint, aut ſaltem per ſecundum reſcriptum animæ ſaluti, & conſcientiæ prouidere, vt innuit gloſſ. in l. puniri. C. ſi contra ius. vel vtil.

6 Facta in dubio debent admitti cum clauſula, ſaluo iure impertinentium. ex decr. Ducal. & iure communi. Caſtr. in l. 1. ff. ſi quis caut. Rolan. à Valle conſi. 34. vol. 3. ſecus ſi eſſent euidenter impertinentia. glo. Cynus. & Barto. in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iureiu. quod propt. calum. Natta conſi. 20.

7 De iure communi partes communicant ſcripturas ſumptibus requirentis excepto libello. Mar. de ordin. iud. parte 6. actu. 10 pag. 314. de quo etiam Cag. l. C. de edend. Papon. lib. 9. tit. 7. & ita obſeruat Excell. Senatus.

8 Ad hanc materiam vide Lucam de penna late in l. vlt. C. de ſumpt. recup. lib. 10. Ioach. Chal. cap. 60. ord. Aurel.

De Aduocatis & procuratoribus ad lites. *Tit. XIIII.*

1 NEmo deinceps ad procurandum in aliqua ſede recipietur niſi prius à iudice ſedis aut eius locumtenente fuerit admiſſus.

2 Supplicationes à procuratoribus, vt recipiantur iudici, aut eius locumtenenti porrigendæ procuratori Regio Delphinali, aut officij ſedis ante receptionem illorum oſtendentur, vt ſuper vita, & moribus ſupplicantis ſe inquirat.

3 Nec recipientur aduocati, aut procuratores niſi prius coram iudice aut locumtenente ſedis vbi poſtulare, aut procurare voluerint iurauerint ſe legitimè diligenter ſine calumnia ſubterfugio, & veritatis ſimula-

ſimulatione poſtulaturos, aũt ꝓcuraturos nec de quota litis cum ſuis clientibus pacturos, & qđ cauſam iniuſtam ſcientes non ſuſtinebunt.

4 Eorum receptatio in regiſtro ad hoc fiendo regiſtrabitur à graphario ſedis.

5 Procuratores in iudicio comparentes non prius recipientur quam eius partis pro qua procurare voluerint in graphariatu ſedis procuratorium ſufficiens remiſerint, & ibi pro ea ſe p̄ſentauerint, in quorũ præſentationibus deſignabuntur nomina, & cognomina partium, & qualitates proceſſuum intentandorũ, quarum præſentationum fiet à graphario ſpeciale regiſtrũ nec ſe præſentabũt procuratores niſi amplas inſtructiones à partib. ſuis habuerint pro tuitione iuris earundẽ.

6 Procuratoria inualida cenſebũtur niſi contineant electionem domicilij in domo ꝓcuratoris, aut alterius loci vbi ꝓceſſus tractabunt̃.

7 Aduocati, & procuratores in eorum ſcriptis, & litigijs deinceps nõ vtentur verbis iniurioſis, aut contumelioſis, nec propoſitione factorum impertinentiũ, aut allegationibus inutilibus, ſed tm̃ ſub breuibus, ea quę ad tuitionẽ iuriũ ſuarum partiũ erunt neceſſaria proponent.

8 Non locum abſentabunt procuratores niſi prius ibi relictis ſubſtitutis cum ſuarum partium inſtructionibus.

9 Non pro eis partibus quæ in iudicio comparere perſonaliter tenentur excuſationes exonias vocatas proponent niſi habito ad id ſpeciali mandato, & nuntijs ad id expreſſe miſſis appareat.

10 Nec poterit procurator aliquam ſcripturam in iudicio productam de falſo impugnare niſi habito ad id à parte ſua ſpeciali mandato.

11 Scriptura de falſo impugnata reponetur in grapharia in manibus grapharij, quæ ab impugnante Cruce ſignabitur, & inſcriptio cum anni, & diei appoſitione, & ab impugnante ſcripturæ impugnatæ ſubſcribẽtur, nec alias impugnans audietur, qui impugnans tandem media falſitatis dabit.

12 Partes ſuos procuratores reuocantes in reuocationibus eorum tenebũtur nouos procuratores conſtituere, & eodem die id partis aduerſæ procuratori ſignificare, alias acta quæ cum procuratoribus reuocatis fient perinde valebunt, ac ſi nulla reuocatio præceſſiſſet.

13 Procuratores qui pręcipuam litem tutati ſunt taxationi expenſarum intereſſe tenebuntur.

ANNOTATIONES.

1 Aduocati officium nihil nobilitati derogare, ſed eam adiuuare, & corroborare procuratoris vero contra multi tenent Fran. Marci. q314. p.p. arg. l. aduocati C. de adu. diu. iudi. Chalardus ad leges Aurel. cap. 110. glo. in l. vniuerſas. C de decur. vbi reprendit aduocatos Mediolani, ſed ex legibus Galliæ à Carolo IX. latis. pro clientum minori diſpendio, & totius reip. vtilitate permittitur aduocatis officium procuratoris exercere, quam legem laudat, & multis præcipuis locis obſeruari teſtatur Bugnonius ad leges Bleſenſes art. 7.

art.71. hanc conceſſionem intelligo, vt poſſint exercere citra præiudicium nobilitatis. arg.cap.quod gratiam.de reg.iur.& ita ſuis temporibus in Græcia, & Romæ obſeruatum fuiſſe teſtatur Cicero 1. de oratore.

2 Aduocatos autem ob malum conſilium teneri parti ad damna expenſas,& intereſſe ex Zabbarella Felino Socino,& Decio tradit Cagn.in l.diem functo.nu.19. ff.de off. aſſeſſ.& ita in curia Taurinenſi fuit iudicatum pro Margarita Ruſca de Ciriaco, contra iudicem terræ veteris anni 1549. 3. Septembris quod ſi obſeruaretur non adeo temerè quidam cauſarum euidenter iniquarum victoriam miſeris clientibus ingenti pretio venditarent,nec ea fruſtrati æquos iudices in appellatorijs ſchedulis petulanter, & calumnioſè inſectarentur. vide Marcum q.649. Bugn.lib.1.cap.86.& 123. Procuratores ſine mandato recipi non debere etiam ordinibus Ducalibus mandatur.lib.3.cap.11. cum tamen de iure communi media ſatisdatione quilibet admittatur.l.exigendi.C.de procurat.l.vnica.C.de ſatiſd.vide Bugn.lib.3.des lois abr.cap.11. Maſuerium tit. de procurat.

7 De modeſtia qua vti debent poſtulantes in eorũ ſcriptis vide.l.quiſquis.C.de poſtul.

11 Falſitatis media ſunt quod enuntiatum in ſcriptura non ſit veriſimile neque iuxta mentem legum,& terminos,apoſtillatio diuerſarum manuum in locis ſuſpectis cancellatio,& ſimilia vide Fran.Marci q.699.& ſeq. Sol. in decr.antiq.Sab.titu.de falſis pag. 172.

Pendente falſi cauſa inſtrumentũ media cautione exequutioni mittitur.l.ſatis aperte. C.de falſ. Bugn.lib.4. art.5.

12 Sic etiam dicimus acta facta in perſona tutorum etiam poſtquam pupilli adoleuerunt eſſe valida ſi in pupillari ætate ſint incepta Auguſt. Eccleſia deciſ. 86. & eſt in nouis ordinibus Ducalib. lib.3.

De grapharijs. *Tit. XV.*

1 Conficient grapharij regiſtrum præſentationum procurationum vt dictum eſt quas non recipient niſi procurator ſe præſentans ſufficiens procuratorium cum domicilij electione in grapharia reponat.

2 Regiſtrum facient omnium ordinationum, & ſententiarum interloquutoriarum iudicum.

3 In comparitionibus, & litigijs partium factis aut ordinationibus iudicum nulla verborum ſuperfluitate vtentur.

4 Originales titulos à partibus productos producentib. ſi ab eis petantur reſtituent relictis copijs ipſorum debitè parte vocata collationatis,niſi aduerſarius contradiceret,quo caſu iudex ſuper eo partibus iuridice prouidebit.

5 Grapharijs omnis ciuilium, aut criminalium proceſſuum formatio interdicitur.

6 Teſtium atteſtationes non recipient niſi à cõmiſſarijs qui eas ſumpſerint,& earum adiunctis ſi adhibiti fuerint ſint ſignatæ,aut ſi deceſſerint ab hijs qui ad ſubſignationem ipſarum à iudicibus fuerunt commiſſi.

7 Proceſſus ad ius audiendum, aut diffiniendum aſſignatos, & iudicio paratos ſine mora iudicibus,aut eorum locumtenentibus iudicandos defferent,& dierum dellationum illorum regiſtrum conficient.

8 Regiſtrum etiam conficient quo inſeretur dies incarcerationis

 cuiuslibet

cuiuſlibet carcerati, & ad inſtantiam cuius carceribus detinetur, & à quo incarceratus eſt,& dies expeditionis liberationis, & rellaxationis eiuſdem, non declarato tamen proceſſu, aut informationibus, quæ penes grapharium remanebunt, qui dictis expeditionibus factis ſine mora commentarienſi breuem certificationem mittent diem, & formam dictæ expeditionis continentem.

9 Inuentario deſſignabunt informationes, proceſſus criminales, proceſſus patrimoniales, mulctas Regi Delphino adiudicatas, quod inuentarium ſingulo menſe procuratori Regio Delphinali ſedis oſtendere tenebuntur, vt in eiſdem proſequutiones neceſſarias faciat.

10 Proceſſuum acta, & regiſtra in loco publico recipientur vbi per grapharium ſucceſſorem cui ſub debito inuentario tradentur cuſtodienda, qui de eiſdem iuſtitiæ partibus, & hijs quorum intererit reſpondere tenebitur.

11 In eo inuentario debitorum præcedenti graphario, aut eius hæredibus fiet mentio, quæ debita ſucceſſor exiget antequam proceſſum partibus expediat alias nomine proprio tenebitur.

ANNOTATIONES.

1 Graphariatus officium eſt quid dependens à iuriſdictione, & iudicio & acta iudicialia ſcripta per alium quam grapharium ſunt nulla, vt etiam ſtatuto Saluciarum diſponitur Purpu.conſi. 593.

2 In actis iudicialibus teſtes non requiri quidam ſcripſerunt.arg.l.in donationibus.C.de donat.cap.in omni negocio de teſt.Azo in rub.de quæſt. Aluarez in ſpec.cap.86. pag.563. ſed hoc non obſtante in publicationibus ſententiarum adhibentur teſtes ex conſuetudine, & in alijs omnibus actis,& inſtrumentis publicis qui etiam cum notario, & partibus debent ſe ſubſcribere.Lucas de Penna.in l.2.C.de conu.fiſci.deb. Chalardus ad ordin.Aurel.art.85.Bugn.ad leges Bleſ.art.165.illud etiam notatu dignum eſt quod ex priuilegijs Pedemontium notarij poſt quinque annos mercedes inſtrumentorum non petitas petere amplius non poſſunt quod & ad graphariosz; & ad honoraria aduocatorum, & procuratorum non malæ extenderetur, vt & de mercatoribus minutatim vendentibus Carolus V. Imperator, & Franciſcus Rex Galliæ conſtituerunt, & de exactoribus talearum Salucijs obſeruatur,& in gabellatoribus. nam lex contra differentes agere male præſumit. Curt.conſi.64. Purpur.conſi.150.Affl.deciſ.13.& 58.argum.cap.Chriſtianus.11.q.1. ſed ſi de aliqua interpellatione aut petitione iudiciali, vel extra conſtet mora debitoribus non debet prodeſſe, & per eam omnis præſcriptio interrumpitur teſte Reb. tracta.de merc.minut.vend. idemque bello occurrente,& ſimilibus dici poteſt.

An vero, & quando iudex in cauſis ſibi ſpecialiter delegatis grapharium aſſumere poſſit not.Papon.lib.6.tit.6.cap.2.& Bugnon.ad ordin. Bleſenſes art.169.

De inuentarijs per Grapharios fiendis factum fuit anno præterito edictum ſpeciale ſatis prolixum quod tamen nondum videtur vſu receptum.

De ſeruientibus. *Tit. XVI.*

1 OMnes citationes, & exequutiones ad perſonam, aut domicilium fient vno teſte in exequutionibus ſimplicibus præſente, in alijs vero maioris momenti duobus teſtibus præſentibus quorum nomina

in rella-

in rellationibus inde fiendis inſcribentur.

2 Quarum rellationum, & literarum in vim quarum fient rellationis copia etiam ſi non petatur ſine mora relinquetur citatis, aut exequutis, aut eorum domeſticis, & ſeruitoribus, vel portę domicilij earum aſſigetur expenſis inſtantium ſaluo iure repetendi in fine litis.

3 Vbi exequutio pignorationis mobilium erit facienda ſeruiens debitoris domum non ingredietur niſi ſecum vocatis duobus teſtibus in quorum præſentia inuentarium bonorum de pignore captorum antequam ea à loco moueat faciet, cuius inuentarij copiam parti pignoratę ſi pars voluerit tradet, inde bona de pignore capta in loco tuto proximiori domus in quo facta erit exequutio reponet.

ANNOTATIONES.

1 Concordant decreta Ducalia lib.3.nou.conſt.titu.3. ex quibus etiam nemini licet teſtimonium reſpuere ſub pœna ſcutorum decē.2. In alijs quæ ad ſeruiētium officium pertinent multo minus eis creditur ſine teſtibus. Io.Papon.lib.6.tit.7.cap.8. Fran.Marci.q.8.

3 Vide quæ ſupradiximus de pœna impedientis exequutionem ex libr.3 titul.36. nou. ord.& Fran.Marci.q 772.ſi vero ſeruiens excedat appellatur ad iudicem cuius autoritate exequitur. Bar. in l.à diuo pio.§.1.in fi.de re iudi.Papon.lib.19.tit.1.arreſt.14.

De commentarienſibus. *Tit. XVII.*

1 CArceratorum regiſtrum conficient folio ad longum duplicato in cuius altero latere deſcribentur cum incarcerationes fient.

2 Nomen cognomen qualitas, & domicilium carcerati, & ea quæ penes eum fuerint reperta nec non eorum nomina à quibus ducentur, & ad cuius inſtantiam, & auctoritate aut ordinatione cuius incarceratio proceſſit, & ſi in vim literarum obligatoriarum forma qua ſupra receptarum incarceratio proceſſerit deſignabitur etiam dies obligationis, & nomen creditoris.

3 In alio vero folij latere, margine proximo inſcribetur certificatio rellaxationis carcerati, & exoneratio commentarienſis in ea forma qua grapharius eā mittet, & eam extrahet à regiſtro carcerationum, & inhibetur cōmentarienſi ne quemuis iuſtè, aut iniuſtè carceratum rellaxet niſi prius habita dicti grapharij certificatione, & exoneratione, alias nomine priuato pro carcerato ſatisfacere tenebitur, aut eũ repreſentare.

4 Criminoſi carceribus clauſis detinebũtur, nec permittent commentariēſes, aut ab eo commiſſi aliquem criminoſum alloqui, nec eidem criminoſo incauſtum, & papirum habere, nec aliquas literas ſcribi facere niſi iudice, ita fieri ordinante, qui ſi criminoſo literas ſcribendas permittant, literas eidem iudici antequam mittantur oſtendent.

5 Commentarienſes, & ab eis commiſſi nō pecunia aut aliquo alio à carceratis, aut corū amicis acceptis, aut alias p̄miſſis contraueniant.

6 Qui ferrum carcerato tradiderit quo carceres fregerit, aut frangere tentauerit pena efractoris carceris, aut ea qua is qui criminoſum à manu familię exemit tenebitur.

7 Commentarienſi, aut ab eo commiſſis non licebit criminoſo carcerem mutare, niſi iudice ita præcipiente, & ſi propter morbum, aut alias mutatio carceris videatur neceſſaria iudici nuntiabit, qui cognita veritate prouidebit vti iuris.

8 Actum in curia Parlamenti Delphinatus, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo, & die vigeſima ſexta Aprilis. Morard.

ANNOTATIONES.

1 Ad hunc tit. vide Docto. in l. ad comentarienſem. C. de cuſtod. reorum. Boerium deciſ. 217. Bugn. lib. cap. 121.

4 Guido Papæ q. 448. aſſerit carceratum poſſe detineri pro expenſis donec ſoluerit, ſed contrarium verius eſſe docet. Io. Papon. lib. 24. tit. 4. cap. 1. quia debet recurrere aduerſus eum qui incarcerationem procurauit.

6 Effractorem carceris teneri pœna mortis. Bald. notat in l. data opera. nu. C. qui accuſa. ſed Bugn. lib. 4. cap. 45. ex Imberto libr. 3. inſtit. for. notat pœnam illius eſſe arbitrariam, & mitiorem. vide glo. & Bart. in l. pen. ff. de cuſt. & exhib. reorum. Corrollarij loco ad finem huius ſtili addere volebamus quæſtiouem aut fortaſſe impertinentem, an & quatenus olim Regiæ, & nunc Ducales conſtitutiones locum habeant quæ huic ſtilo & particularibus locorum ſtatutis non repugnant, ſed tantum iuri communi, & quia per Tipografforum feſtinationem mihi longiori eſſe non licuit, locos tantum ex quibus ea peti poteſt indicaui Bar. in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pignor. act. Ang. conſi. 147. Soc. conſi. 7. vol. 1. Ripa reſp. 21. tit. de legib. & conſtit. Brun. tract. de augmen. in 5. concl. princ. verſ. ad idem facit. Rebuff. de lit. oblig. art. 2. glo. vnic. nu. 5. & art. 1. glo. 2. pag. 83. & in tracta. nominat. §. Ozaſ. deciſ. 22. & deciſ. 141.

A R-

ARTICVLI ESTRATTI DALLA moderatione, & taſſi delle ſpeſe Giudiciali del Marcheſato publicati nella ſeneſchallia l'anno 1560.

1 LI Giudici non potranno ſopraſtar ne differir la publicatione delle ſentenze, ne ſimilmente vſar di retentione del di cton. appreſſo eſſa publicatione à falta di conſignatione delle ſportule; Anzi procederanno à detta publicatione di dette ſentenze, & appreſſo le remetteranno alla graffaria ſenza alcuna retardatione.

2 Et per obuiar à grandi diſpendij procedenti de apponttuamẽti, che fanno detti Giudici à ſcriuere produrre rimettere al conſeglio, loro e ingionto ſeguendo il ſtile, di iudicare & vodare in campo parte verbalmente oldute tutte le materie concernente regulamento, & formalità di proceſſo, & altre le quali nõ ſono di tale difficultà che debbano eſſer rimeſſe in conſeglio.

3 Et ſe per la difficultà di eſſe materie conueniſſe remetterle al Conſeglio, non potrãno detti Giudici ne lor locotenenti taſſar ne prender alcune ſportule per ragion di ordinanza ò ſentenze interlocutorie, che daranno ſopra tali materie eccetto ne'caſi doue loro è permeſſo per ordinanza prendere aſſeſſori per rendere exequutorial loro detta ſententia interloquutoria.

4 Detti Giudici ò loro locotenenti non vacaranno a prender informationi ſecrette, anzi commetteranno dette iuformationi alli griffierij ò altre perſone idonee, & ſufficienti ſopra i luoghi i quali conuerra informar, eccetto che li Crimini, & delitti foſſino tali, che per ragione della qualità de delinquenti, ò ben per luoro atrocità ſia richieſto, che detti Giudici faccino dette informationi.

5 E diffeſo à detti Giudici loro locotenenti clerici, & griffieri, che per materia d'ingiuria verbale di piccola importãza non riceuano d'hora auanti alcune ſcritture dalle parti ò da loro procuratori per far inqueſta, & non facino, ne facino fare di eſſe ſcritture alcune inqueſte, ſott'ombra de conſentimenti di eſſe parti ò di loro detti procuratori ſotto pena di emẽda arbitraria, & di recuperar ſopra detti Giudici, loro detti locotenenti clerici ò griffieri li diſpendij & ſpeſe, che dette parti haueranno fatto in dette inqueſte, & à eſſi clerici, & griffieri che non regiſtrano ò facino regiſtrar li apponttuamenti di contrarietà, ò di rapportarle in queſte nelle materie ſopradette non oſtanti detti conſentimenti delle parti ò de loro detti procuratori ſenza primamente

mente moſtrarli à detti Giudici ò loro detti luocotenenti, acciò li pro uedano come di ragione, acciò che detti Giudici, ò loro locotenenti ne poſſino riſponder à detta corte per tempo auenire quando biſognerà.

6 Non potranno anche detti Giudici, & luocotenenti commettere la taſſa delle ſpeſe à gli griffieri anzi le taſſeranno luoro ſteſſi doue le parti richiederanno detta taſſa.

7 Et perche per non hauer oſſeruato il ſtile di detto paeſe e procedure, & formalità di proceſſi tanto Criminali, che ciuili, le parti ſono ſtatte grandemente ſopracarrigate de diſpendij, & ſpeſe s'è ingionto à Giudici, & loro locotenenti, di diligentemente, & con ſomma vigilanza oſſeruar & fare oſſeruare detto ſtile in tutto, & per tutto ſotto pena di ſuſpenſione di luoro officij, & di emenda arbitraria.

8 Non potranno li procuratori fiſcali ne loro ſuſtituti prender alcuna coſa per li proceſſi criminali eccetto, che vacaſſino fuori del luo co di luoro ſedia, à qual caſo luoro ſarà fatta taſſa per il Giudice di luoro giornate ſolamente ſopra parte ciuile ſe vi è, ò altramente ſopra l'accuſato in fine cauſe ſe detto accuſato e condennato à li diſpen dij di giuſtitia.

9 Et quanto à procuratori delle parti non biſognerà renouellar la procuratione, che ſarà luoro ſtata fatta al principio, anzi per virtù di eſſa continuar in la cauſa, nella qualle ſaranno ſtati conſtituiti durante tutta l'inſtanza, eccetto che detta procuration fuſſe reuocata in caſo permeſſo di ragione, & à detto caſo non potrà detto procurator eſſer reuocato ſenza conſtituir altro nuouo procurator in quella inſtanza, & ſaranno dette reuocationi, & nuoue cõſtitutioni ſignificate al procurator della parte aduerſa.

10 Et non ſaranno detti procuratori admeſſi à far domãde di lor vaccationi, & ſtipendij d'vn'anno ò doi ſenza grande, & euidente cauſa, & preſontione, & ſe de tali matetię queſtione ne auueniſſe ſaranno ſommariamente deciſe ſenza carigo ò ſpeſa delle parti.

11 Li Commiſſarij à informar, ò à fare in queſte, altri che graduali ò di robba longa, non potranno prender clerici per ſcriuer ſotto eſſi anzi ſaranno tenuti ſcriuer dette informationi, & in queſte, & oue haueranno preſo clerici per ſcriuer ſotto luoro non ſarà taſſato coſa alcuna per detti clerici ò ſia ſcriuani.

12 Li griffierij ſarãno tenuti inſerir nelle litere di contrainɥte gli anni meſi e giorni delle lettere obligatorie, & inſtrumenti, & il nome dil norario che li hà receuuti ſeguendo l'articolo ſeſſanta cinque di l'ordinanza publicata li 12. d'Aprile 1547.

13 Che in virtù de lettere de contrainɥte ſe procederà per il ſergente

ò eſecutor

ò eſecutor di eſſe appreſſo il comandamento fatto al debitore di pagar, à ſaſia & gagiamento de beni dil detto debitor, impregionamento di ſua perſona ſe gliè contenuto in dette letere aſſignatorie à veder far crida & incanti de detti beni ſaſſiti, ſeguendo la qual commiſſione, & aſſignatione procederà detto eſecutore al compimento di eſſi incanti, & deliberatione di eſſi beni ſenza che per ciò diſopra detto biſogni leuar altre letere ne conſtituir le parti in piu grandi diſpendij & ſpeſe.

14 E diffeſo & inhibito à detti griffieri, & altri delle corti inferiori, & ſubalterne di pigliar alcuna coſa de riſpoſte delle cauſe doue non gliè parte ciuile ſaluo in fin di cauſa, ſe detti accuſati ſono condennati alli diſpendi di Giuſtitia, à qual caſo non potranno pigliar, che ſeguendo quello che luoro è ordinato.

15 Et è diffeſo, & inhibito à detti griffieri ſotto pena di vinti liure torneſe, & altra arbitraria, di pigliar alcuna coſa per le prodotte fatte in giudicio per le parti de lor tituli, inſtrumenti, cedule, & altri atti, de quali ſi vogliano agiutar ſe non che per ordinanza del Giudice foſſe permeſſo à dette parti di ritirar li originali de lor detti tituli, & documenti.

16 Per taſſar ſpeſe non biſognerà far di nouo aggiornar la parte cõdannata, anzi baſterà communicar la parcella della dechiaratione di dette ſpeſe al procurator della parte chi hauera occupato in l'inſtanza donda ſeranno procedute dette ſpeſe, il qual ſeguendo l'ordinanzz ſarà tenuto aſſiſter alla taſſation di eſſe.

17 Li griffierij non potranno far domanda di luoro vacationi ſtipendij dinanzi vn'anno ò doi ſenza grande, & euidente cauſa, & preſontione, & ſe di tale materie queſtione ne auueniſſe ſeranno ſommariamente deciſe ſenza carriga ò ſpeſa alle parti.

18 Non ſarà differentia in queſto paeſe trà li ſergenti à cauallo, & li ſargenti à piedi ne potrà alcun ſargente andando à cauallo prender piu ſtipendio, che vno ſargente à piede.

19 Et non piglieranno detti ſargenti, quali che ſiano per vno medeſimo viaggio doppia vaccatione, non piu che ſecondo la taſſa ſopradetta. Ancora che faceſſino piu exequutioni per vna ò per piu parte, & à tal caſo ſarà pagato di ſuo detto viaggio per tutti quelli, per quali hauerà fatto dette exequutioni alla rata di cadauno de perſeguitanti, & è diffenduto à detti ſargenti non pigliar più che per vn giorno ſotto pena di cento ſoldi di emenda ſuſpenſione di luoro officij, & altra piu grande arbitraria.

20 Il ſargente, che ſarà debitamente richieſto far qualche exequutione ſarà tenuto di far ſenza vſar dilatione, & ſubterfugio ſotto pena

de

de tutte ſpeſe,danni,& intereſſe,della parte perſeguitante,& di emenda arbitraria, Pur che non habbia giuſto impedimento, il quale ſarà tenuto dichiarar.

21 Tutti Giudici inferiori Regij,& ſubalterni caſtellani,griffieri, vſcieri, ſergenti,& notarij,che vacheranno per qualche parte ſia in proceſſo ò fuora proceſſo ſcriueranno,ò ſegnaranno al piede delli atti,quali faranno quali che ſiano alla verità quello che luoro ſarà ſtato pagatto per la parte, per la quale haueranno vacato ſotto pena à detti Giudici de venticinque liure di emenda verſo il fiſco & di reſtitutione alla parte di quello indebitamente ſarà ſtato preſo, & à gl'altri di diece liure di emenda & ſimilmente reſtitution verſo le parti, & di altra piu grande pena arbitraria.

DE-

DECRETVM MARCHIONALE ſuper taxa & mercede inſtrumentorum.

GABRIEL Marchio Salutiarum, &c. Inter artes ad publicam vtilitatem adinuentas, & ſi tabellionatus officium circunſpecta hominum prouidentia introduxerit, vt humanæ voluntatis contractus quicunque & ipſorum hominum negotia lapſu temporis, & obliuione peritura, fideli tabellionum ſcriptura ſeruarentur in æuum; multiplici tamen notariorum querella ad nos peruenit, contrahentes, & eos ad quorum opus teſtamentorum diſpoſitionum vltimarum voluntatum, & quorumcunque contractuum inſtrumenta confecta fuerunt, omni rationabili circunſcripta conſideratione laboris, ad tenuem & tam exiguam ſe ſe conuertere mercedem, vt vix tabellionum victui prouiſum dici poßit; quo fit vt à pauciſſimis notariatus officium exerceatur, ſitque prope diem in reipublicæ perniciem deperiturum, ad quod (vt decet Principem) animaduertentes, hoc noſtro edito perpetuo valituro decernimus; licere de cætero notarijs omnibus pro teſtamentorum, diſpoſitionum, & quorumlibet contractuum, inſtrumentis, per eos in futurum recipiendis, ab eis Ad quorum opus illa recepcrint, & ad quos reſpectiue ſpectabunt, mercedem exigere, & eos iudicialiter pro ipſa mercede omni exceptione poſt poſita poſſe aſtringere, & compellere iuxta taxæ ſubſequentis formam. Et in primis pro teſtamentis, codicillis, vel donationibus cauſa mortis, ſi hæreditas relictum vel bona donata non excedant valorem florenorum ducentum poſſint pro mercede tantunmodo capere florenos duos; ſi vero excedant à florenis 200. vſque ad florenos mille exigere poſſint ſcutum medium; à florenis mille vſque ad florenos duo millia aureum vnum; à florenis duo millia vſque ad florenos tria millia aureos duos; & ſi excedant valorem florenorum trium millium qualiſcunque ſit valor non poſſint capi plus quam aurei duo cum dimidio; declarantes tamen non licere ipſis notarijs à pluribus hæredibus legatarijs ſeu donatarijs præter vnicam exigere mercedem ad taxam ſupraſcriptam.

Compromiſſa non ſequuta ſententia niſi requirantur extrahi non poſſint, ſed pro cancellaturis, à qualiter partium poſſit capi florenus vnus; ad requiſitionem autem extracta, cauſa excedente valorem florenorum duorum millium exigi poſſit à qualibet parte aureus vnus; non excedente à qualibet parte floreni duo; de inſtrumentis vero tranſactionem, & accordiorum qnonlam de re dubia ſemper fieri ſolent, & in eis ius incertum, & conſequenter ſententia incerta remittitur, ſtare debeant notarij taxæ arbitrio Præſidum ſeu vicariorum qui pro temporibus fuerint faciendæ: Cæte-

rorum inſtrumentorum quorumcunque mercedes ſint, ſi inſtrumenta fuerint de ſumma ſeu valore florenorum decem infra groſſi octo; à florenis decem vſque ad florenos quinquaginta florenus vnus; A florenis quinquaginta ad florenos centum floreni duo; à flo enis centum vſque ad florenos ducentum floreni tres; à florenis ducentum vſque ad florenos quinque centum floreni quinque; à florenis quinque centum ad florenos mille aureus vnus; à florenis mille vſque ad florenos duo millia aurei duo; & ſi valor vel ſumma excedat florenos duo millia quomodocunque poſſint capi aurei d.o cum dimidio, & non vltra intelligentes tamen ac declarantes, quod pro inſtrumentis tranſactionum, diuiſionum, locationum, permutationum, & aliorum quorumcunq; contractuum viciſſitudinem habentium, quibus agitur ad intereſſe duarum vel plurium perſonarum exigi poſſit à contrahentibus pro mercede ad ratam valoris quanlibet partium reſpectiuè tangentis, & non ſecundum totius inſtrumenti valorem; idem obſeruari mandantes quoad particulas teſtamentorum ſi extrahantur: inſtrumenta vero iudicialia & depoſiti proteſtationis, & teſtimonialium quaruncunque ac decretorum interpoſitionis tutellarum, & ciuilium condemnationum, & his ſimilium, huiuſmodi non ſint aſtricta decreto, ſed eorum mercedes exigantur per clauarios, & notarios actorum iuxta ſtatuta & conſuetudines antiquas, Derogantes expreſſe quibuſcunque ſtatutis conceſſionibus priuilegijs, & ſeu conſuetudinibus aliter, quod ſupra à nobis ſancitum, & ſuper iuſtrumentorum exactione diſponentibus, & maiorem ſummam quam ſupraſcriptam exigi permittentibus. Iubentes hoc decretum noſtrum per vniuerſa Patriæ, & Dominij noſtri loca voce præconia publicari, & in regiſtris llbriſque curiarum debito modo deſcribi, vel annotari, has manu propria ſignatas, & noſtro ſolito ſigillo munitas in teſtimonium concedentes. Dat. Reuelli die vigeſſima Maij Milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo, ſic ſignatum Gabriel, & ſigillo Marchionali debite munitum, & in pede Vincentius Violi.

IN IMPONENDIS, ET AD ÆQVALITATEM *reducendis oneribus Marchionalibus vrbis, & oppidorum hæc ratio habetur.*

Salutiæ cenſentur libris centum, & viginti. ——— ſeu ll. 120.
Reuellum. ——— ll. 60.
Sanfrontium. ——— ll. 20.
Paiſana. ——— ll. 20.
Riuus frigidus, & Gambaſca. ——— ll. 4.
Crizolium, Oſtana, & Vncinum. ——— ll. 20.
Caſtellarium. ——— ll. 2. $\frac{1}{2}$
Pagnium. ——— ll. 10.
Brondellum. ——— ll. 8.
Manta. ——— ll. ~~12.~~ 18.
Verzolium. ——— ll. 34.
Villanoua. ——— ll. 6.
Coſtilliolæ. ——— ll. 18.
Alpeaſcum. ——— ll. 17.
Valmala. ——— ll. 3. $\frac{1}{2}$
Iſaſca. ——— ll. 1.
Venaſca, Brozaſchum, Mellum, Fraximus, & Sancto Petrus. ll. 100.
Draconerium. ——— ll. 80.
S. Damianus, & Paglerium. ——— ll. 20.
Cartinianum. ——— ll. 6.
Villarium. ——— ll. 12.
Acellium cum vndecim vicis Vallis Macrę. ——— ll. 100.
Valgrana, Monſoroſius, Monsmalus, & Pratum leue, Et Caſtrummagnum. ——— ll. 44.
Dollianum cum octo vicis ſitis vltra Tanacrum. ——— ll. 52.
Valfeneria, Inſulabella, & Baldiſſerium. ——— ll. 20.

Carmagnolia ſextam partem omnium onerum Marchionalium ſola ſuſtinet, ſub qua Ternauaſium, & Caſanoua.
Atque ita vniuerſa Marchia excluſa Carmagnolia redigitur ad libras ſeptem centum nonaginta ſex.

LAVS DEO CVIVS COELI.

CONFIRMATIONE
Del ſtilo Marchionale
FATTA DALLA SERENISS. INFANTA,
Nell'Atto della fedeltà preſtata à S. A. Sereniſſima li 27. di Settembre. M. D. LXXXIX.

E Primo, &c. Più &c.

Più che il ſtilo Marchionale, qual s'è oſſeruato ſin'al preſente in queſto Marcheſato, tanto nel litigare, formar proceſſi criminali, & ciuili. Auuocatar, procurar che altro in detto ſtilo contenuto, ſi habbi ancor da oſſeruare per l'auuenire, ſenza innouatione ne reformatione alcuna, ſaluo nelli proceſſi criminali, nei quali fatte le confrontationi, ſi darà copia di tutto il proceſſo alle parti, per poter hauer Auuocati, & Procuratori, e far loro diffeſe.

Al Quinto
Si concede

Dat. in Turino li 27. di Settembre. 1589.

LA INFANTA DONNA CATHERINA.

V. Solere pro D. Cancellario. Ripa.

DE VITA AC GESTIS MARCHIONVM Salutientium, Libellus.

LVDOVICO ECCLESIA IVRISperito Salutienſi Autore.

Eiuſdem

Viennenſium Delphinorum Catalogus.

PROVINCIA DI TORINO

AVGVSTÆ TAVRINORVM,

Apud Antonium Blanchum. 1598.

ALEXANDRI SALVTII

Ex Dominis Mantæ ad Authorem.

DVm non ingratum patriæ te oſtendere tentas,
Officiumque pij ſoluere Ciuis amas;
Digno adeo calamo patriam ſuper æthera profers,
Vt quod debueras debeat ipſa tibi.

FRANCISCI SCARAVELLI

Patritij Taurinen. ad eundem.

VT quondam Cytharæ ſonitu Rhodopeius heros
Vxorem ſtigijs iam reuocauit aquis,
Sic patriam, & ciues Calamo Ludouice diſerto
In lucem obſcuris eruis à tenebris,
Nec minus ipſa tuis ſcriptis tua patria debet,
Quam chari plectro coniugis Euridice.

AD

AD LECTORES.

QVOD apud Flauium Vopiſcum, haud ignobilem Hiſtoricum ab Aureliano Imperatore, de patre ſuo expoſtulatum fuiſſe legimus, vt Terſitis quidem, & ſimilium quorundam nebulonum acta quæuis, Illuſtrium authorum monumentis conſignata fuerint, eius autem patris memoriam pauci celebrauerint. Idem nos de noſtris Salutiarum Regulis poſſe queri, mihi ſæpè in mentem venit, qui cùm multa, & bello, & pace præclara geſſerint, ſummisque omnibus ſuorum temporum Principibus affinitate aliqua coniuncti fuerint, & à Caſſaneo, & alijs præclaris iure conſultis inrer primos Italiæ Marchiones, numerati, in tanta Hiſtoricorum, iam penè in infinitum excreſcente, & quarumcunque etiam infimarum familiarum res proſequente turba; nullum tamen qui eorum vitas, nè extremis quidem digitis attingeret adhuc nacti fuerint, idq; non ob aliam cauſam euenisse exiſtimaui, quàm quod dum illi ad benè agendum ſtudia ſuam ſolum modò collocarent, minus quid de ſe, aut patria ab alijs diceretur, aut ſcriberetur, vt de primis illis Romanorum Principibus Saluſtius ſcribit cogitauerint, neq; me latet Iafredi Eccleſiæ, nonnulla de huiuſmodi ſcripta per Philibertum Pingonium recenſeri, ſed ea diù à nobis quæſita, quo fato dicam neſcio, nunquam videri, aut haberi potuerunt, idem nobis accidit de Ioannis Ludouici Viualdi, à Monteregali Doctiſſimi Theologi, & olim Dominicanorum in inſubria præfecti ſiue vt vocant Prouincialis, & Marchionum noſtrorum familiaris opere quod de Marchionibus ſe ſcripſiſſe alicubi teſtatur, incredibiliſque me propterea ab ineunte ætate ardor, & cupido cœpit ad ipſorum regulorum vitas ſcriptis excolendas omnes ingenij, animique vires intendendi, cùmque iam opus ipſum aggreſſus fuiſſem, eiuſq; primas duntaxat lineas ad extremum perduxiſſem, tot me calamitatum, & priuatarum, & publicarum cumuli inuaſerunt, vt nedum hiſtoriarum ſtudia intermittere, ſed ferè totius rei familiaris iacturam pati coegerint, poſtquam verò Dei Optimi Maximi benignitate tranquilitatis ſpes aliqua affulſiſſet, peruenerunt imprudenter ſcripta noſtra, in quorundam amicorum manus, qui eorundem Principum fortunam mecum miſerantes, vt ad id vnde digreſſus fueram reuerterer, iacentemq; patriæ memoriam paululum excitarem hortari plurimum cœperunt, patriæ merita, quibus eidem omnes obſtricti ſumus, affinitates, quæ nonnullis ex eorundem re-

gulorum familia nobiſcum intercedunt, ac priuata, & publica ornamenta ab eiſdem Regulis relicta ad memoriam reuocantes, quorum precibus, atque hortationibus, cùm tandem amplius obſiſtere non poſſem, ſcripta ipſa non ſine aliqua difficultate recuperata, ac per exiguum temporis momentum ſub incudem reiecta eiſdem reſtituere, ac edenda permittere coactus fui, multaque commemoratione digna, quæ adhuc ſcribi potuiſſent in hoc argumento prætermittere, ipſaque nunc qualiacumq; quidem non ingrati certè animi noſtri in benemerentes teſtimonium poſteris futura, aut exemplum, his, quibus otium, & ingenij facultas maior erit ad aliquid audendum in lucem, & conſpectum veſtrum emittuntur benigniſſimi Lectores, quare, ſi cui verborum ornatum in hoc libello deſiderari, aut nimiam eius eſſe breuitatem videbitur, is in aliorum impatientiam, ac temporis nobis conceſſi anguſtiam, potius quàm in vllam noſtram temeritatem culpam huiuſmodi reijciat, quod ad rerum narratarum veritatem attinet, nihil à nobis prætermiſſum fuit ad ipſam, purè, & ſimpliciter exponendam, nihilq; gratiæ otio, aut timori traditum, cùm non minus boni Hiſtorici, quàm boni Ciuis nomen affectemus. Noſq; etiam ab Antonio Bagnaſacho viro Clariſſimo Sereniſſimi Sabaudiæ Ducis nunc regnantis intimo Conſiliario, ærarij Summo Patrono Archiuijque Præfecto, ac Gulielmo Baldeſſano Taurinenſi Canonico, Theologo, & Hiſtorico Peritiſſimo, quos honoris gratia nominamus veteribus Tabulis, non parum adiutos fuiſſe ingenuè profitemur, necnon, & ſcriptis Io. Auguſtini Gambaudi, qui tribus vltimis Marchionibus à ſecretis fuerat, eorumque actus annotauerat, per eius ſucceſſores nobis humaniter communicatis, ac remiſſis, Viennenſium Delphynorum Catalogum in libelli calce adiungi curauimus, tùm propter vicinitatem, qua noſtris hiſce Principibus coniuncti fuerunt, tùm quia multa à veritate alieniſſima de illis iactabantur, quæ ad Hiſtoriæ huius confirmationem euertere, & ad veritatem reducere oportuit, veſtrum eſt itaque huiuſmodi conatus noſtros æqui boniq; conſulere, idq; ſi à vobis fieri intellexerimus ad vniuerſæ Pedemontanæ hiſtoriæ deſcriptionem, quandoque etiam progrediemur.

ITALIÆ Prouincia, quæ olim pars Liguriæ, & Galliæ ciſalpinæ fuit, nunc ob alpium pœninarum Graiarum Cottiarum, & maritimarum mōtes à tribus lateribus imminentes Pedemons, ſeu Pedemontium dicitur, inter cœteras Salutiarum vrbem habet ſupra Taurinos, in ameniſſimo colle, & alpium maritimarum radicibus, tertio lapide à fluuiorum Rege Pado ſitam, ac ex ruinis Auguſtæ Vaciennorum, ſeu Vagiennorum à Plinio, & Solino memoratæ, eodem ferè loco, poſitæ, Romanorumque Coloniæ natam, quæ diù propriorum Regulorum, quos Marchiones appellarunt, & qui alias etiam vrbes, & plura eiuſdem regionis inſignia oppida, & vicos poſſederunt, Imperio ſubdita, eorumq; prima ſedes, & dignitatis Marchionalis caput fuit: quorum quidem Regulorum, ſeu Marchionum Hiſtoriam, Cùm ſcribere inſtituerim à Bonifacio, omiſſis recentiorum, de Prothado, & Gualterio fabulis veterum monumentis repugnantibus exordiri placuit, Salutiarum verò nominis etymologiam Gabriel Buccius, & Bernardus Dardanus, ad ſalubritatem aeris retulerunt, Salutiasq; quaſi ſalutis vrbem, dictam affirmarunt, ſicut & Sabaudiam quaſi ſaluam viam; alijs vero, cū crebrius in veterib. tabulis nomen ipſum per tertiam literam ſcriptū inueniatur ab arbore ſalice cuius feſtum quoddam adhuc colunt adoleſcentes noſtri, nomen deriuatū placuit, aut à Salica lege cuius etiā ſe obſeruatores plerūq; profeſſi ſunt, Reguli noſtri; Sunt etiam qui à Salijs, Galliæ Narbonēſis populis, à quib. etiam Vercellę conditæ dicuntur nominis notationē trahant, conditamq; vrbem arbitrentur, in quo opinionum conflictu nihil ꝙ pro certo aſſeramus remanet, quam ex originis incertitudine antiquitatē vrbis, conijciendam. eius verò, prima ſub anno 769. mentio inuenitur apud Aymoinum, & Sigonium, qui Bertradam Frācorum Reginā Salutias, cum Carolo Mano eius filio minore, vt eiuſdē cum Carolo Magno primogenito diſſidia ſuper regni paterni diuiſione orta componeret, acceſſiſſe ſcribunt, indeque in Italiam profectam Romanæ vrbis Baſilicas reuerenter viſitaſſe. Ex quibus illos toto cęlo erraſſe apparet, qui Salutiarum vrbem, vel ad Sutrios, vel ad Sallaſſos hinc longiſſimè diſtantes rètulerunt, & Auguſtam Vaciennorum illam, quæ infra Taurinos olim Paſſinauia, nunc Baſſiniana dicitur eſſe tradiderunt.

Aledramum genere Saxonem, vel vt tabulis quibuſdam probatur Longobardum, celeberrimum Marchionem, olim fuiſſe, & in his Liguriæ oris, quas nunc Monferratum, & Langas vocant longè, latèque regnaſſe Othonis primi Germanorum, & Italiæ Imperatoris

ætate

ætate circa annum Chriſtianæ Salutis 967. à multis ſcribitur. Huic porrò quatuor fuiſſe filios Iacobus Ianuenſis Antiſtes, Raphael Volaterranus, Galeottus Carrectus, Ioannes Ludouicus Viualdus, Frãciſcus Purpuratus, & alij plures reliquerunt, Gulielmum Montisferrati Marchionum propagatorem, Bonifacium, & Othonem, de quibus, quid fuerit mihi, non ſatis compertum eſt, ac Thetem, ſeu Thetonem alterius Bonifacij genitorem, à quo Salutiarum Marchiones, de quibus agitur deſcenderint. Sciò Philippum Bergomenſem, Sabellicum, & alios longè ab ijs, quæ ſcribimus, diuerſa retuliſſe quæ tamen vti ab antiquioribus autoribus, & veritati diſſentientia conſulto præterirè volui.

Bonifacius Thetis, ſeu Thetonis filius Innocentij ſecundi Summi Pontificis, & Lotharij II. Romanorum Imperatoris temporibus primus Vaſti, & Salutiarum Marchionis titulos proprio iure habuiſſe, certis monumentis inuenitut, Vaſti ab oppidis, & vicis ruinis deformibus, & in fæcundis, quos trans Tanarum flumen in Liguſticis oris poſſidebat, Salutiarum ab oppido ipſo primario, quòd in his regionibus paulò fœlicioribus dotali iure vxoris conſequutus fuerat. Vxorem nonnulli Manfredi, cuiuſdam antea Salutiarum Marchionis filiam fuiſſe, Adalaidamque vocatam volunt. Alij verò ex Marchionum Secuſientium genere deducunt. Et nos etiam tabulas fondationis Cœnobij Caramaniæ Benedictioni otdinis vidimns ſub anno 1027. ex quibus Salutias, Carmaniolam, & Reuellum Marchionnm Secuſientium fuiſſe perſpicuè deprehenditur, ac de Reuello, & alijs pleriſq; Marchionatus Salutiarum oppidis, multæ aliæ tabulę teſtantur. Ex quibus haud planè falſam illorum opinionem eſſe quis crediderit; Sed quia longè ante huius Bonifacij æuum defecerant Marchiones Secuſini, veriſimilius eſt, à Maurianæ Comitibus, qui, & Sabaudiæ Comites per hæc eadem Bonifacij tempora vocari cœperunt, & in vniuerſum Marchionum Secuſiæ ius ſucceſſiſſe, omnium confeſſione dicuntur, illam deſcendiſſe, oppidaque ipſa iuris Secuſini in dotem retuliſſe. Viuebat autem his temporibus Amedeus Humberti filius rerum geſtarum, gloria celebris, qui, & primus Sabaudiæ Comes dictus fuiſſe ſcribitur, eundemq; titulum moriens Humberto filio tradidiſſe; quicquid ſit, obijt Bonifacius circa annum 1140. Salutiarumque, & Vaſti Marchionis titulos in Manfredum primogenitum tranſmiſit; reliquit etiam Henricum Sauonæ in Liguribus Marchionem, à quo Henricus, & Otho Sauonæ Marchiones, & alij eorundem filij, & ſucceſſores emanarunt, vt non ab re antiquus legum interpres Albericus eos ab Aledramo originem traxiſſe ſcripſerit, & Io. Ludouicus Viualdus in præfatione cuiuſdam

ſui

ſui opuſculi Theologici Montisferrati Salutiarum, & Sauonæ Marchiones ab vno eodemq; ſtipite profictos; quicquid Alciatus,& Menochius in ſuorum Principum gratiam aſſeruerint, addunt nonnulli Anſelmum Ceuæ, & Claueſanæ Marchionem, ſed horum res geſtas cum ad inſtitutum noſtrum non pertineant alijs recenſendas ſinimus, huius Bonifacij ætate vrbem ſuam initium accepiſſe ab incolis Sturaneæ Vallis dominorum ſæuitiam,& belli eis à prouincialibus illati calamitates fugientibus Cuneates memorant, eandemque paulo poſt peſte afflictam ab eodem Marchione occupatam fuiſſe.

Manfredus eius nominis I. Salutiarum, & Vaſti II. Marchjo, Federici I. Romanorum Imperatoris, cognomento Ænobarbi temporibus, eiuſdem in bellis Italicis aſſiduus, & fidiſſimus Comes fuit, ipſiusq; propterea in plerisq; Federici diplomatibus honorifica mentio reperitur. Vallem Macram, Villam, quæ nunc dicitur Falletorum, Verzolium etiam, ac Fariglanum emit: Opulentarum Abbatiarum Staffardæ, apud Salutias, & Caſenouæ, apud Carmagnoliam Ciſtercienſis ordinis fundamenta iecit. Amedęo tamen Sabaudiæ Comiti, Humberti filio acerrimo Federici hoſti, Federico Italia decedente eiusq; rebus inclinantibus anno 1169. clientellare Sacramentum præſtitiſſe, Bonifacio Montisferrati Marchione ita arbitrante, veteribus tabulis,& monumentis comperitur, licèt pleriq; hunc Amedeum longè antea deceſſiſſe velint. eiuſdem temporibus Foſſani, Sauilliani, & Villęfranchę Nobilium Pedemontij oppidorum initia ducta ſunt. Suſa verò, quæ Securium, & Charium, quę Careia potentia à Plinio nuncupantur, & quæ tunc maximè nobilitate & opibus florebāt euerſa, & deuaſtata, obijt anno 1176. relicto Manfredo filio, & ſucceſſore.

Manfredus eius nominis ſecundus, tertius Salutiarum, & Vaſti Marchio, Federico Ænobarbo, ac Henrico eius filio in Italicis expeditionibus diù etiam aſtitit, eorumque affinem, Alaſiam Guglielmi cognomento Senis, Montisferrati Marchionis filiam alterius Guglielmi, Raynerij Conradi, & Bonifacij ſororem in matrimonium duxit, ex qua Bonifacium ſuſcepit, eo viuente mortuum, cum tamen ex Maria vxore, Comitę Arboreæ in Sardinia Principis, ſiue vt tunc appellabatur iudicis filia, iam alterum Manfredum reliquiſſet; Vallem Sturaneam aduerſus Raymondum Comitem Prouinciæ tutatus eſt, Manfredum, ac Berengarium, Buſchę Marchiones Gulielmi filios haud exiguis facultatibus eo tempore in Liguria præditos in clentellam ſuſcepit, ab eiſdem Dolianum emit, Othonem, quartum Henrici Imperatoris ſucceſſorem in Italiam quoq; ſequutus eſt, Eccleſiam Sancti Laurentij olim Beato Syro Lygurum protectori

tectori dicatam, prope Caſtrum Salutiarum ſitam, multis auctam prouentibus Præpoſito Sancti Laurentij Vlcienſis contulit; moriens anno 1216. Alaſiam Monferratenſem vxorem, & Vidonem Plozaſchi, & Enuiarum Dominum Manfredi nepotis ſui, & ſucceſſoris tutores reliquit ſepultus in monaſterio Riui frigidi quod Agnes eius filia ſperatis cum Maurianę Comitis primogenito nuptijs fruſtrata. paulo poſt erexit ampliſſimisq; fundis auxit, vbi & Alaſia, & Bonifacius filius, & Marianurus inhumatę fuerunt Huic nõnulli Adalaidam Delphinam Olderici filiam ſecundam vxorem fuiſſe ſcribunt, eamque anno 1210. menſe Auguſto, regnante Federico Imperatore, Simonis de Plozaſcho Abbatis Stafardæ conſilio, contractum quendam cum Guidone Delphino, ſuper Salutiarum ditione iniuiſſe, ſed in veteribus tabulis illo anno, & tempore confectis, nullus Guigo, aut Oldericus, nullus Imperator Federicus, nullus Simon, Abbas Stafardæ, nulla Adalaida reperitur, ſed Andreas Delphinus Guigonis multis annis antea defuncti nepos, Otho Imperator, Alaſia Monferratenſis Salutiarum Comitiſſa dicta, Bernardus Abbas Stafardæ; quæ, & plurium hiſtoriarum teſtimonio adiuuantur.

Manfredus eius nominis tertius, omiſſo Vaſti Marchionis titulo, quartus Salutiarum Marchio dictus, adoleſcens grauiſſima bella à Thoma Humberti filio tertio Sabaudiæ, Comite ſuſtinuit, quibus tandem anno 1223. Beatrice eiuſdem Thomę, ex Amedeo nepte in vxorem ducta, ac Buſcha, Bernetio, Bargijs, Fontanilli, & Roncalia dotis, & feudi nomine ab eodem ſuſceptis finem dedit, quædam etiam diſſidia cum Andrea Delphino Viennenſi ſuper Caſtro Delphino, Ponte, & Canali exorta ſedauit, Bonifacio Montisferrati Marchione vtriuſque ſororio arbitro ſumpto, qui eadem communiter diuidenda cenſuit. Federici ſecundi Romanorum Imperatoris, qui anno 1212. Othoni ſuffectus fuiſſe ſcribitur partes more maiorum in Mediolanenſes diù tutatus eſt obijt anno Domini 1244. relictis multis prædijs Abbatiæ Stafardæ in qua ſepultus fuit, & eodem Bonifacio ſororio Thomæ filij ſui tutore conſtituto.

Thomas quintus Salutiarum Marchio ſub tutella Bonifacij Montisferrati Marchionis per decennium, & vſque ad eius mortem ſtetit, à quo Vallis Sturanæ populi in officio retenti fuerunt, Taurino presbitero Salutiarum conſtruendi in monte Bracho Eremum, ac Sacellum in honorem Saluatoris data licentia, & facultas anno 1253. Thomasque ipſe ſupremo elogio liberis proprijs ſine prole decedentibus ſubſtitutus. Cùm verò adoleuiſſet Carolo Ludouici Francorum Regis Fratri Raymondi Prouinciæ Comitis genero, & ſucceſſori Pontificia autoritate Siciliæ Regi creato, aduerſus Manfredum olim

olim Siciliæ Regem, Conradinum Sueuiæ Ducem Genuenſes Aſtenſeſque, & alios eorundem fautores operam nauauit, ſed cum Carolus beneficij immemor Vallem Sturaneam Buſcham, & Centallum occupaſſet anno 1375. ipſum deſeruit, & rebus cum Aſtenſibus compoſitis, fœdus cum eiſdem, ac Gulielmo Montisferrati Marchione Bonifacij ſucceſſore aduerſus Carolum iniuit, occupataque oppida armis recepit, Cuneum oppidum tunc primum floreſcens addidit anno 1282. ſequepoſtea Marchionem Salutiarum, & dominum Cunei nuncupauit, de Foſſano poſt quinquennium idem egit; ſenex Gulielmo Monferratenſi ſocio ab Alexandrinis capto, Amedeo Thomæ filio nono Sabaudiæ Comite Aſtenſibus etiam ac Caroli Regis ſucceſſoribus prementibus iuſiurandum ratione oppidorum dotaliciorum Beatricis eius matris, quod quinquaginta quinque annorum ſilentio abrogatum videbatur, renouare coactus fuit anno 1291. eodemque anno de animæ ſalute ſolicitus, Aloyſia eius vxore Georgij Ceuę Marchionis filia inſtante, Cęnobium monialium Reuelli extruxit, & ampliſſimis redditibus dotauit in quo poſtea tres eiuſdem filiæ Dominicani inſtituti habitum ſumpſerunt: fatis conceſſit anno 1299. relictis præter moniales, Manfredo, Ioanne Doliani Ciſſoni Lequij, & Buſchæ Domino, & Craueſanæ Marchionum propagatore, Georgio, & Bonifacio Cartuſienſis Cœnobij in monte Bracho promotoribus, Filippo Comite peraltę, Alaſia Thomæ Comitis Arundelli in Anglia, Violante Opicini Spinulæ Primarij Genuēſis, & Leonora Henrici Carreti Sauonę Marchionis vxoribus.

Manfredus eius nominis III. VI. Salutiarum Marchio prima ætate cum Ioanne Montisferrati Marchione in Aſtenſes, inter quos gibellinæ ac Velfanę factionis ſemina gliſcebant à gibellinis exulibus vocatus bella geſſit, eorumque vrbem expugnauit, nobilium Solariorum, qui tum factionis guelphæ Principes in ea habebantur domibus euerſis. tùm Ioanne ſine liberis mortuo magnam Montiſferrati partem agnationis iure cœpit, ſed viribus diffiſus eandem Amedeo Sabaudiæ Comiti ſub quibuſdam pactionibus, & beneficii iure ſibi mox reddendam ceſſit. Albenſem vrbem ab Henrico Imperatore anno 1313. obtinuit cognito inde Ioannis teſtamento Thodoro palæologo omnia reſtituere compulſus eſt Andronico eius patre Conſtantinopolitano Cæſare, ac Genuenſibus adnitentibus. A Carolo Siciliæ Rege ac Prouinciæ Comite, qui etiam Pedemontium Comitis titulum primus ſumpſit, poſt multa bella Cuneo, & Valle Sturanea iterum ſpoliatus fuit, Valle ipſa Franciſco Bollero, beneficij nomine per Carolum collata; cum ex Beatrice Man-

fredi Siciliæ Regis filia, & Conſtantiæ Siciliæ, ac Aragonum Reginæ ſorore Federicum filium ſuſcepiſſet, etiam cum Margarita Humti Delfini Viennenſis filia matrimonio iunctum, & publicis actis emã cipatum; Iſabellę Auriæ Ianuenſis Barnabæ filiæ eius, ſecundæ vxoris illecebris inductus ipſum contra Marchionatus conſuetudinem Mãfredo ſecundo genito ex Auria nato in ſucceſſione vniuerſali poſt ponere tentauit. Ex quo magnę bellorum faces ſuſcitate Salutienſisque Domus, & patrię ruina pene ſequuta eſt. Federicus, vt ſe aduerſus parentem tueretur Carmagnoliam Raconiſium, & Reuellum, quæ ab ipſo donatione conſequutus fuerat Philippo primo Achaię Principi Thomę Sabaudi filio alteram Humberti Delphini, filiam in matrimonio habenti ceſſit, eaque rurſus ab ipſo beneficiario iure accepit, vicitq; propterea eius cauſa Humberto ſocero etiã adiuuante, reffectiſque ſupremis tabulis Federicus, & eo pręmorien te Thomas eiuſdem Federici filius iam tùm natus hęredes vniuerſales Marchioneſque declarati fuere, Manfredo ſecundògenito data oppida Mulazani Plotij Farigliani Cardeti, & Caramagnię, iſque ducta aliquot poſt annos Leonora eiuſdẽ Philippi filia poſteritatẽ, quę nunc eiſdem oppidis dominatur, ac Antonium Mediolani Achiepiſcopum reliquit. Obijt Manfredus Marchio Curtis Millij anno 1336. duobus annis poſt Federicum primogenitum, venditis multis oppidis in Ligurib. Scarampę genti tunc primum Nobilitatem ven dicanti, pecuniaque Manfredo ſecundogenito clàm tradita. relictiſq; pręter maſculos Catehina Ioannis ingannę vxore. Manfredus verò Federici frater cum diù apud Galeatium Mediolani Ducem in magna exiſtimatione, & autoritate fuiſſet, & ab eius intimis conſilijs obijt anno 13.

Thomas ex Federico Manfredi nepos VII. Salutiarum Marchio à Mãfredo patruo aſſiduis bellis vexatus eiuſdemque opera anno 1340. per Iacobum Achaię Principem, & Bertrandum Baucium Roberti Comitis Prouincię, & Pedemontium Seneſcallum captus eſt, Salutiana vrbe penitus direpta, & incenſa poſt biennium tamen fide Philippo iureiurando data ſolutaque magna pecunia ex venditione Lagnaſchi à nobilibus Tapparellis comparata, inuito patruo libertati reſtitutus. Sequentibus annis mortuo Roberto Theodori Paleologhi Montisferrati Marchionis, Humberti vltimi Delphini Viennenſis, ac Ioannis Vicecomitis Mediolanenſium Archiepiſcopi auxilijs, & federibus Cuneum Buſcham, & alia, quę per patruum, & Ioannam Reginam, quę Roberto ſucceſſerat tenebantur recuperauit, demumq; anno 1357. relictis ex Ricciarda Galeacij primi Vicecomitis Mediolanenſium Principis filia, Federico ſucceſſore, Azone Domi-

no

no Paiſanę,& Vallis Padi,& Heuſtachio Valgranę,Montiſoroſij pratileuis, & Montismali Domino Federici ęgregij militis, & Georgij Epiſcopi Auguſtenſis,& Lauſanenſis patre,& Beatrice Antonij Phaletti ac Luchina Ioannis Beccarię primarij Papienſis vxoribus ab hoc ſeculo migrauit,eius temporibus Dominicani fratres Eccleſiam diui Ioannis Saluriarum à Monacis Stafardę habitandam obtinuerunt, quæ paulò antea Oberti cuiuſdam ſiſici auxilio fondata, ac eiſdem Stafardę monacis donata fuerat: multę familię Salutienſes extinctę alieq; exterę ipſam habitare cœperunt, inter quas Eccleſiana.

Federicus Octauus Salutiarum Marchio à Iacobo Philippi filio, Achaiæ Principe Ioannę Andegauenſis Prouincię Comitis, & Neapolitanorum Reginę copiarum pręfecto ad approbanda, ac renouanda pro Reuello Raconiſio, & Carmagnolia Thomę patris, ac Federici aui acta reuocatus non, niſi poſt ſe patriamque graui bello fatigatam gerere morem voluit, & cum ad Luchinum, & Barnabam Vicecomites affines, & Caroli quarti tunc Imperaroris in hiſce regionibus ſe Vicarios aſſerentes etiam confugiſſet, ſuperueniente Amedeo cognomento viridi vndecimo Sabaudię Comite in Achaici Principis auxilium ab eodem omni ferè ditione ſpoliatus fuit, tùm denique anno 1363. diù Salutijs obſeſſus, quod ſuper fuerat pari conditione, & fidei iureiurando Amedeo pręſtito ſeruare ſatis habuit. Sequentique anno iuſiurandum pręſtitum idem Federicus in Delphinatu, pręſente Ramdulpho domino Lompiaci Regio gubernatore approbaſſe dicitur, quam rem Bernabas egrè ferens Pedemontanam Regionem, quę Sabaudis parebat exercitu comparato omnem ferè diripuit;Et cum neq;, ita rebſuis ſatis conſultum crederet Federicus ſe tādem ad Carolum eius nominis quintum Francorū Regem velut ſacram anchoram contulit illiusq; vti Delphini viennēſis Marchionatus nomine clientem profiteri cœpit, eiuſdemq; Regis ac Ludouici, Andegauēſium Ducis interceſſione ſemotis armis res in Senatu Pariſienſi agitari cœpit liteque pendente deceſſit primo Carolus Rex anno 1380. indeque etiam Amedeus anno 1383. cumque Amedeus eiuſdem filius ob eorum mortem, compromiſſi, ſi quod fuerat aut prorogatæ iuriſdictionis, vim omnem euanuiſſe, Senatuique Pariſienſi nihil iuris in ſe amplius eſſe aſſereret, Caroli etiam quarti tunc Imperatoris, ſui & Federici proprij iudicis reſcripta produceret, quibus, & Amedei cum Federico geſta confirmabantur, & vtriſque ne de huiuſmodi controuerſia alibi, quam coram ſe agerent mandabatur, Senatus ipſe poſt habitis Cęſareis reſcriptis primam pro Federico, & in ipſius Regis commodum ſententiam tulit anno 1390. qua ad reſciſſionem eorundem contractuum, & oppidorum Marchiona-

chionalium reſtitutionem Comes condemnatus fuit, quam tamen ſententiam Baldus, Chriſtoforus, & Ioannes Caſtillionei Illuſtres eius ſęculi Doctores diuerſis reſponſis impugnarunt, eaque propterea magis exarſerunt Sabaudorum animi, & moriente Amedeo Amedeus eiuſdem filius, qui vltimus Comes, & primus Dux Sabaudiæ poſtea fuit, iunctis cum Amedeo Achaiæ Principe Iacobi etiam mortui filio, & ſucceſſore, virib. bellum aduerſus Federicum acrius inſtaurarunt, qui poſt triennium vitales auras deſerens, ex Beatrice Vgonis Geneuę Comitis filia, Thomam Marchionem, & ſucceſſorem Amedeumque Cardinalem, & Antonis in Gallia Baronem, & Petrum Archiepiſcopum Viennenſem, Polliam Franciſci Carretti, Manfredi filij ex Marchionibus Sauonę, ac Violantē Antonij Porri Sanctę Victorię, & Polentię Comitis, & Vallis Trebię, Marchionis vxores filios reliquit; Valetudinarium Salutiarum propè ędes alborum ſodalium tranſtulit, & cum Azone fratre ampliauit. Eccleſiam Diui Micheelis, propè arcem Verzolij extruxit, aliaque multa pietatis monumenta condidit.

Thomas eius nominis tertius, nonus Salutiarum Marchio, bello, quod aduerſus Federicum patrem à Sabaudis Principibus paratum fuerat, oppreſſus, abeiſq; primo ſucceſſionis anno captus, ac poſt biennium Ludouico Aurelianenſiū Duce, intercedente magna pecunia ſoluta liberatus eſt, reſque iterum Senatui Pariſienſi per Thomam delata, diùque ſub eo agitata eſt; qui tandem priorem ſententiam exequi mandauit; ſed Aureliano Duce à Burgundica factione poſtea interempto, ortiſque magnis inter Galliæ proceres diſſidijs, ſententiarum nulla habita fuit ratio, quinimò Amedeus ipſe, coacto viginti millium armatorum exercitu, Thomam in Salutiarum vrbe obſeſſum anno 1413. iuſiurandum à Federico patre præſtitum confirmare, vniuerſiſque iuribus Cunei, Foſſani, Buſchæ, Raconiſij, Bargiarum, & aliorum oppidorum Marchionalium, quę ab ipſo, & Ludouico Achaiæ Principe occupata bellis præteritis fuerant, cedere coegit; & ab omnibus eius vaſſallis, & vniuerſitatibus omnia confirmari; tuncque primum ſtatus hic Marchionalis ad oppidorum, ſeu pagorum, qui nunc etiam conſpicitur numerum reductus eſt, Caſtrumque ſuperius Salutiarum magnæ vetuſtatis opus deſeri, ac dirui cœpit. Thomas deinceps cum Sabaudis pacatè vixit, Sigiſmondum Imperatorem Ripulis cum eiſdem inuiſit, à quo anno 1416. Amedeus Comes ad Ducis dignitatem euectus fuit, ipſe verò Thomas eodem anno vitam, cùm morte commutauit ſuperſtitibus ex Margarita de Ronzi, ex Campaniâ oriunda Ludouico ſucceſſore, Ioanna Vidonis Niellæ, & Offemuntium apud Veromanduos Comitis,

mitis, & Riccarda Nicolai Æſtenſis Ferrariæ Marchionis vxoribus. illius verò oppidis, & vicis per Sabaudos captis vti ex opimis victi ſpolijs, plures familiæ quæ in ſuperioribus bellis aduerſus eum meruerant auctę, & ornatæ fuerunt Raconiſium, & Pancalerium Ludouico Achaico donata, Polongheria Ludouico Coſtæ ceſſit, Moretam monaſterolium, & alia quædam Solarij Nobiles; Scarnafiſium Pontani conſecuti ſunt.

Ludouicus eius nominis primus, decimus Salutiarum Marchio ſub tutella Margaritæ matris, & Valeriani Salutij, Mantæ, & Brondelli Domini eius conſanguinei, viri prndentiſſimi ac Antonij Prouanæ equitis Hieroſolimitani olim Pancalerij domini per aliquot annos manſit, eorumque, ac Andreę de Eccleſia iuris præfecti Marchionalis cura,& diligentia ad pacis ſtudia compoſitus fidei Sacramentum, quod à maioribus ſępius denegatum, diuturna bella excitauerat nouo Sabaudiæ Duci, Ludouici vltimi Achaiæ Principis, etiam facto hæredi ſine vlla cunctatione præſtitit; idemq; cum Ludouico Amedei filio, & ſucceſſore fecit, eidemque aduerſus Franciſcum Sfortiam bellum gerenti, magnam operam nauauit, eaque prudentię, & integritatis documenta prębuit, vt Ludouicus Dux in Galliam proficiſcens eundem vniuerſæ ſuæ ditioni præpoſuerit, Philippus Mediolani Dux Venetorum, & Florentinorum Reſpublicæ belli grauiſſimi, quod inter ſe gerebant arbitrum elegerint, eorumque controuerſias ipſe compoſuerit anno 1444. Franciſco Buſſono eius Carmagnoliæ oppido genito, maximo illius ætatis copiarum ductori ad res nouas, cùm ſummis auxiliorum promiſſionibus inuitanti aſſentiri noluit. Genuenſis etiam vrbis adminiſtrationem ſibi à Carolo ſeptimo Francorum Rege oblatam ciuium leuitatem veritus prudenter recuſauit, Caſtrum inferius Salutiarum à Thoma eius nominis primo Marchione incœptum ampliauit; eius temporibus Salutienſis vrbs perpetuæ pacis beneficio ditior facta multiſque ędificijs, ac pręſertim domo publica decurionum aucta eſt, & Cœnobio Franciſcanorum diui Bernardini. Floruit etiam Stefanus Mandellus ordinis Dominicani vir Sanctitate, & miraculis clarus, cuius oſſa nunc etiam religioſiſſimè in Templo eiuſdem vrbis, & ordinis ſeruantur. vxorem duxit Ludouicus Iſabellam Ioannis Iacobi Paleologhi Montisferrati Marchionis filiam ex qua Ludouicum ſucceſſorem ſuſcepit, & Federicum Epiſcopum Carpentoratenſem, Margaritam vxorem Ioannis de Arminiaco Comitis Cumenarum: Blancham vxorem Vitallſani Boromęi Comitis Aronæ. eundem Blondus, & alij Sacris Literis eruditiſſimum fuiſſe memoriæ prodiderũt. Obijt Septuagenarius ex renum calculo anno redempti orbis 1475.

Ludoui-

Ludouicus eius nominis II. vndecimus Salutiarũm Marchio iuſiurandum à maioribus præſtitum Filiberto Sabaudiæ Duci, ac eius ſucceſſori Carolo per Federicum, & Thomam eius fratres, & legatos conſentiente etiam Ludouico Francorum Rege renouauit, cumque iterum ad illud ſubeundum vrgeretur, & Antelmi Meolani, Comitis primùm apud Carolum Ducem gratiæ locum obtinentis eius veteris æmuli inſidias vereretur, Carolusque ipſe erectionem Eccleſiæ Parręcialis diuæ Virginis Salutiarum in collegiatam à Sixto quarto ſummo Pontefice anno 1481. Federico Ludouici fratre primo Decano Creato factam impedire voluiſſe videretur, Mulazanique arcem in Galleacium eius Dominum à Ludouico multis iniurijs laſceſſito expugnatam vlciſci minaretur, indignatus Ludouicus anno 1485. per Georgium de Eccleſia eius iuris præfectum ſe vniuerſamque ditionem Carolo Octauo Francorum Regi Federici proaui actis ad memoriam reductis ſubiecit, ſeruosq; ſuos quoſdam à ducis miniſtris captos, & in arce Summę ripæ detentos arce per Dominicum Montilium hoſpicij magiſtrum expugnata liberauit, Claudium Caburri, & Raconiſij, & Azonem Cardeti Dominos in ſuas partes traxit. Quod factum Dux iniquiſſimè ferens magnis auxilijs à Bernenſibus, & Ludouico Sforcia Mediolani, rerum potiente impetratis, omnia Ludouici, & eius aſceclarum oppida, ac ipſas quoq: Salutias poſt ſemeſtrem obſidionem in poteſtatem ſuam redegit, Ludouicumq; Marchionem fuga trans Alpes ſalutem ſibi quęrere compulit, Caroli tamen Regis interuentu, ac authoritate depoſitis armis Petro Borbonij Duci, & Franciſco Auxitanenſi Archiepiſcopo Salutienſis patria cuſtodienda mox commiſſa fuit, qui eam Ludouico Marrafino Nobili Aquitano, & Merulo Plozaſcho Rhodienſium Pelagiarchæ, in vtriuſque partis gratiam commendarunt, delectisque quibuſdam hinc inde arbitris res, ex iure agi cœpit; ſed mortuis poſtea Carolo Duce ac Antelmo Meolanenſi Comite Ludouicus arbitrorum iudicio litisque euentu non expectato, eiuſdemque Sfortię Mediolanen. auxilijs, vt inde ſalutem conſequeretur vnde vulnus acceperat, ac populorum ſpontanea deditione, quicquid amiſerat recuperauit, addito etiam Mulazano, Pancalerij, & Caburri Comiti fautori ſuo expulſo omnia reſtitui curauit anno 1490. defunctaque ſine liberis maſculis Ioanna Gulielmi Montisferrati Marchionis vnica filia eius prima vxore, Margaritam Foxiam Ioannis filiam, & Gaſtonis ſororem Regij ſanguinis ex Aquitania fœminam Duxit, ac ex ea Michaelem Antonium Ioannem Ludouicum Franciſcum, & Gabrielem filios habuit, diùque poſtea pacatè vixit, à Carolo ipſo Diui Michaelis torque donatus eſt, Cœnobium

nobium Heremitanorum diui Auguſtini. Diuęque Virginis Ædem magnam Bernardino Vacca decano Salutiarum tractante erigi curauit. Ludouicum vndecimum Galliæ Regem Caroli ſucceſſorem in Italiam, pro vindicando Neapolitano Regno proficiſcentem in Salutiana vrbe, & Carmagnoliæ oppido ſplendidiſſimè ſuſcepit anno 1502. à quo exercitui in eodem Regno Neapolitano præfectus eſt, ſed acciſis Gallorum rebus, peſteque oborta domum re infecta redire coactus in vrbe Genuę dies clauſit anno 1504. Marchionatu Michaeli Antonio tradito, & cadauere Salutias poſtea in maiorum loculos delato. per hęc tempora Ioffredus Carolus patre Conſtantio Nobili Iuriſperito, ac matre Violante Eccleſiana Ioffredi filia, natus ob virtutum ſuarum merita primus Delphinalis, ac Mediolanenſis Senatus prǽſes à Ludouico Rege factus eſt, Salutienſemque patriam magni nominis gloria etiam decorauit. ſuperſtes etiam fuit Ludoui co ex prima vxore Margarita filia, primo Antonio Marię Sanſeuerino deſponſata, poſtea Ioanni Glaudio de Meolano Comiti Montiſmaioris, & Domino Armanzę ac demum eo defuncto Comiti Saluaterrę Hiſpano matrimonio iuncta.

Michael Antonius duodecimus Salutiarum Marchio ſub tutella, & regimine Margaritæ matris mulieris prudentiſſimę ac Franciſci Cauatię Marchionalem patriam per viginti quatuor annos tenuit, eiuſdēque Margaritæ cura, & auſpicijs vrbem Salutiarum Epiſcopali dignitate nulli Metropolitano ſubiecta ornari anno 1511. à Iulio ſecundo Summo Pontifice Ioanne Antonio à Ruere primo Epiſcopo creato, & vniuerſa Marchionali ditione pro diœceſi aſſignata obtinuit; Ludouico duodecimo, ac Franciſco primo Gallorum Regibus à pueritia adhęſit, ab eiſque Diui Michaelis Torque, & Aſtenſis Comitatus gubernatione donatus eſt, & Franciſcum Cauatiam Salutienſem eidem iuris prǽfectum poſuit, licet Carolo Cęſari iuſiurandum fidei anno 1522. etiam prǽſtare coactus fuerit, contra Mediolanenſes pro eodem Franciſco adfuit, primuſque eorum vrbem Lanoio Cęſaris Vicemgerente, Borbonio, & Piſcario ſummis eiuſdem Caroli Cęſaris Ducibus expulſis ingreſſus eſt, in qua etiam Franciſcum Vaccam Salutienſem ad Regij conſiliarij, & aduocati munus officioſiſſimè prouexit, Hugonem Moncadam eiuſdem Caroli Sicilię proregem in Liguribus cœpit anno 1524. ſequenti anno capto Franciſco Rege apud Ticinum, ab eius matre, & Gallię proceribus ſummi Regij in Italia Locumtenentis munus obtinuit, liberato Rege Florentiam ab immenſo Borbonij exercitu defendit. Petrum Marium Roſcium, & Alexandrum Vitellium eiuſdem Borbonij primarios aſſeclas, ac Cæſarianos Duces fudit cœpitque, Romam

ab

ab impia illa Borbonij ſtrage, quam paſſa eſt, liberaturis, niſi ad conciliandos populi Florentini primo cum Mediceis proceribus, ac deinde, cum Vrbinatium Ducis militibus obortos tumultus reuocatus fuiſſet, Oddeto Lautrechio, qui Regnum Neapolitanum expugnandum nimia fiducia ab eodem Galliç Rege ſuſceperat defuncto ad illud munus, & Prouinciam miſſus infælici illo ſui genitoris omine, non meliorem quàm ipſe fortunam expertus eſt, ſęuienteq; ſęuiſſima lue, diſſolutisque omnibus prope copijs, grauiſſimo vulnere in crure accepto anno 1528. Auerſę occubuit, cuius cadauer Romam poſtea latum eſt, quo anno Margarita eius mater, pro expiatione animarum Ludouici eius mariti, ac eiuſdem Michaelis Antonij Cœnobium Virginum Diuæ Claræ Salutijs fundauit, honeſtisq; redditibus dotauit. Michaele Antonio mortuo nonnulli ex patriæ nobilibus rerum nouarum cupidi Ioannem Ludouicum ſecundogenitum Ludouici, quem iam diù vti mentis impotem, licèt ſub Philippi Arbaſſię Apoſtolici Prethonotarij viri religioſi inſtitutione educatum in arcem Verzolij cuſtodiendum mater miſerat. a Io. Secundo Yſnardo arcis pręfecto emiſſum Salutias perductum in Marchionali ſolio collocarunt, ſed cum is ſtatim Franciſco Cauatia veneno ſublato, & Franciſco Eccleſia, qui inter primos Margaritæ, & Michaelis Antonij conſiliarios fuerant optimèq; de patria meriti in carcerem detruſo, eorumque domibus direptis, Diuique Bernardini Cœnobio incenſo, & alijs nefandis ſceleribus ſe, & illo ſceptro, & omni publica adminiſtratione indignum oſtendiſſet. ante annum Margaritæ matris opera Franciſciq; Gallorum Regis auxilio Franciſco fratre accito omni dominio exutus, & in exilium pulſus eſt.

Franciſcus decimuſtertius Salutiarum Marchio Bonifacio Paleologho Montisferrati Marchione ſine liberis mortuo antiquis maiorum iuribus fretus Albam aliaque multa illius ditionis oppida occupauit, idemque poſt triennium egit orto inter Franciſcum Gallorum Regem, & Carolum Sabaudię Ducem bello, de Cuneo, Foſſano, Buscha, & alijs eiuſdem Ducis oppidis, ſed Carolo Quinto Cæſare ad quem Franciſcus à Rege alienatus tranſierat, intercedente ab vtroq; incepto deſtitit, controuerſiaque Monferratenſis Antonij Leuæ, & aliorum iudicio remiſſa eſt, cauſam tranſeundi ad Cæſarem nonnulli in hominis leuitatem referunt aliorum Marchionum exempla, qui Cæſaribus ſemper adhęſerant ab eisque vniuerſam ditionem accepto referebant ignorantes, Franciſcus ab ipſo Carolo Viceimperator in his regionibus creatus eſt, Antonium Turrizanum Gallicarum cohortium Ductorem Salutienſibus minitantem apud Cadralium fudit; ac ferè omnes eius milites internetioni dedit, Salutias aliaque omnia

omnia ſuæ ditionis oppida, & arces à Gallis occupatas recepit, dempto Carmagnoliæ caſtro, in quo expugnando Ferrea pila ex minori tormento diſploſa traiectus cecidit anno 1537. ſed capto poſtea à ſuis caſtro Stefanus Baila eiuſdem cuſtos laqueo ſuſpenſus proditionis pœnas non effugit.

Franciſco ad Cęſarem profectò Ioannes Ludouicus iterum à Gallis ad arripiendam Marchionalem dignitatem relaxatur ſed cùm is quoq; ad Carolum Cæſarem tranſiſſet, Gabriel natu minor eius loco ab eiſdem Gallis ſuffectus, & in Marchionatus poſſeſſionem miſſus eſt, abdicatis multis Eccleſiaſticis beneficijs, ac præſertim Epiſcopatu Abdurenſi, quem in Aquitania obtinebat, is magis ad parendum, quàm ad imperandum natus anno 1542. Salutias à Lælio Guaſco Epiſcopo Alexandrino Gallicarum cohortium Chriſtofori eius fratris paulò antea defuncti cuſtode ſtipendia eius fratri per Franciſcum Marchionem debita, aut hoſpitium ſuis militibus in vrbe Salutiarum petente crudeliſſimè oppugnari, ac diripi paſſus eſt, magna cum ignauiæ nota cum paruo ęre, & Franciſci fratris, de quo optimè meritus fuerat Chriſtoforus exiſtimationi, & Salutianæ vrbis ſaluti prouidere poſſet. in aſciſcendis etiam ſibi intimis conſiliarijs, haud ſatis conſtanter ſe geſſit, cum primò Hieronimum Cauatiam Salutienſem, tùm Bernardinum Portium Foſſanenſem mox Hieronimum Purpuratum delegiſſet alijs abſque cauſa dimiſſis demum, cum Cæſarianis, à quibus etiam captus, & graui pecunia, multatus fuerat fauere exiſtimaretur, nullius criminis conſcius, ob linguæ lubricitatem Henrico primo Francorum Rege Franciſci ſucceſſore annuente à Iano Carraciolo, & Petro Strozzio Regijs ductoribus per ſpeciem viſendi Reuelli captus Pinerolium ductus eſt, ibiq; paulò poſt cùm auidius pepone veſceretur appoplexię morbo occubuit, prout nobis ſępius affirmauit Adrianus Salutius Manteus Pagni Sacerdotio inſignis, qui eidem Gabrieli ab adoleſcentia inſeruiuit, eiuſdem morti præſens adfuit, & Medicos de illa differentes audiuit; licet nonnulli veneno per fraudem propinato ipſum occubuiſſe dixerint. cæterum cum Henricus, Pariſienſis Curiæ Præſidem quendam ad quęſtionem habendam de Gabrielis incarceratione, & morte in hanc Prouinciam delegaſſet iſque diligentius partes ſuas exequeretur, hauſto protinus veneno extinctus eſt; Ioanne Rege Gabrielis familiari cum Reuelli arcem adhuc cuſtodiret corruptis pecunia militibus per caſtri ſpeculā præcipitę etiā dato, anno 1548. Gabrieli vero nulli ſuper fuerunt liberi, quamuis vxorem duxiſſet Magdalenam Claudij Annebaldi Regij Amiralij filiam eodemque anno Henricus Rex Salutianam vrbem ingreſſus eiuſque, ac totius Marchionatus poſſeſſionem

C ade-

adeptus eſt, & arcium quidem, ac reipublicæ curam Grogneto Valſęo Gallo Rochæmabiliæ Baroni, ſub proregis titulo, iuſtitiæ autem miniſtrandæ munus tribus prętoribus Salutijs, Carmagnolię, ac Draconerij poſitis, qui leuiores cauſas, ac popularium primo loco cognoſcerent, ac vni Pręſidi, quem Gallico Seneſchalli nomine appellari voluit, qui de prouocationibus ab eiſdem prætoribus fiendis, ac de cauſis nobilium perſonarum vniuerſitatum collegiorum, & ęrarij Marchionalis, & hæbreorum, ac religioſorum, quoties de poſſeſſione, aut re vendicanda contenderetur iudicaret demandauit, prætoribus cōſtitutis Salutijs Benedicto Taparello ex Nobilibus Lagnaſchi, Draconerij, Franciſco Turriano Salutienſi ex comitibus Lucernæ, & Carmagnoliæ Bartolomeo Brayda, ac Seneſchallo Hieronymo Purpurato Franciſci filio, viris prudentibus, ac Iuriſperitis, licèt paucis elapſis annis ſingulis Marchionatus oppidis, & pagis, ac vrbi ipſi antiquam eligendi annuos prætores facultatem reſtituerit tribus illis prætoribus ad alia munera vocatis, & Auguſtino Eccleſia eius in Taurinenſi Curia Senatore, primo Salutiarum prætore ad decurionum poſtulationem renunciato, qui mos nunc etiam obſeruatur.

Interea verò, cùm Ioan. Ludouicus Gabrielis frater ad fraternæ ditionis recuperationem, omnes animi cogitationes intenderet, quarto tandem poſt Gabrielis mortem anno à Carolo Cæſare Ferdinandum Gonzagam, cum ingentib. copijs, & Cæſarem Maium in ipſam mitti obtinuit, qui expugnatis, & expilatis vrbe, & arcibus Salutiarum Draconerij, & Montiſmali ſuperuenientibus protinus Gallorum auxilijs vaſa colligere, & retrocedere compulſi ſunt. Poſtremò Carolo V. Cæſare mortuo inter Philippum eius filium Regnorum, ac ditionum Hiſpaniæ, & Italiæ ſucceſſorem, Henricum ipſum Galliarum Regem, & Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem anno 3559. pax firmata fuit, in qua omnium quidem eorundem Principum paciſcentium clientes, & ſocij comprehenſi fuere, & omnia Sabaudiæ Duci reſtitui debere ſancitum eſt, nulla tamen Io. Ludouici in ſpecie mentio facta fuit, & cùm proinde Io. Ludouicus in ſumma ægeſtate in Inſubria vagaretur. mortuo Henrico, & Franciſco ſecundo eius primogenito nobilium quorundam Salutienſium illecebris reſtitutionis Marchionatus ſpe facta in Galliam tandem ad Carolum IX. Franciſci fratrem, & ſucceſſorem vix pueritiæ annos egreſſum ductus eſt, cui ſi quid iuris in ipſo Marchionatu habebat annua quadam aureorum penſione accepta ceſſiſſe, ac remiſiſſe fertur, ac cœlebs vitæ reliquum in arce Bellofortiana apud Andegauēſes ſita traduxiſſe. Nos etiam tabulas vidimus Vignarelli apud Nouariam datas primò poſt pacem anno, quibus ſe Emanuelis Philiberti Sabaudiæ

Ducis

Ducis clientem more maiorum profeſſus fuerat, & ceſſiones ab eiſdem in Sabaudos Principes factas etiam, quoad Montisferrati iura confirmauerat. Atque ita horum Marchionum ſeries, & poſt 400. annos continuata ſucceſſio, finem conſequuta eſt. Licet non deeſſent neque deſint, qui eorum familiæ decus, & gloriam egregiè adhuc tueantur, inter quos Michael Antonius Salutius à Manta Ciſoni comes, & patrię Marchionalis dum hęc ſcribuntur gubernator, primas partes facilè obtinens ſilentio pretereundus non eſt, cum ea & à Summis Pontificibus, Chriſtianiſſimis Regibus & Sereniſſimis Sabaudię Ducibus conſequi meruerit, quę maxima à Nobiliſſimo, & Generoſiſſimo equitè haberi aut ſperari vnquam potuerint, de quibus propterea commodiorè loco & tempore dicetur.

Ex libro Iacobi Philippi Bergomenſis, de Claris mulieribus ca. 144. Gualterij, & Griſildis Salutientium Marchionum Hiſtoria, Franciſci Petrarchæ, & aliorum autorum teſtimonio confirmata, & ne quid benigno Lectori deeſſet hic addita quamuis Boccacius eam in ſuas narrationes Hetruſcas vti fabulam retulerit.

GRISILDIS Pedemontium Longobardię regionis, Salutiana Marchioniſſa, fœmina licet nullius nobilitatis genere inſignita, ſed incomparabilis obedientiæ, & fidei ſplendore decorata, quo tempore clauerit, non ſatis conſtat. Hanc autem Gualteri Salutiarum Marchionis Illuſtris coniugem fuiſſe conſtat. Volunt igitur ipſam pauperrimi hominis nomine Iannicolę filiam fuiſſe. quæ cum eſſet forma corporis ſatis egregia, ſed morum pulchritudine, atq; animi adeo ſpecioſa vt nihil ſupra: magnopere placuit ipſi prædicto Marchioni. Ipſam enim genitor eius in primis parco victu, & in ſumma ſemper inopia educauerat. Ita vt nil prorſus molle, nihilq; tenerum cogitare aut contingere didicerit, ſed virilis ſeniliſque animus virgineo latebat in pectore: & patris ſenium, inæſtimabili refouebat charitate, & pauculas eius oues depaſcendo, colum. interim digitis atterebat. In hanc virginem Gualterus Salutiarum Marchio (cum ſine vxore eſſet) ſępè illac trāſiens, oculos non iuuenili laſciuia, ſed ſenili grauitatę defixerat, & ipſius virtutem eximiam ſupra ſexum, ſupraq; ętatem acri penetrauarat

uerat intuitu: vnde factum eſt, vt illam & non aliam vxorem omnino habere diſpoſuerit. Et ad patrem cum multo comitatu accedens: illum ſeorſum parumper abſtrahens, illi ſubmiſſa voce dixerit: an ipſum filia ſibi in vxorem data, generum vellet habere. Cui ſenex: nihil inquit aut velle debeo aut nolle, niſi quod tibi placitum eſt digniſſime Princeps: quoniam & dominus meus es. Aduocans deinde vna cum patre Gualterius Marchio puellam: dixit. Griſildis, & patri tuo placet & mihi, vt vxor mea ſis: credo id ipſum & tibi placere. Cui Griſildis omni cum tremore, & reuerentia reſpondit. Ego mi digniſſime princeps & domine, inquit, tanto honore me omnino indignam confiteor. At ſi tua voluntas, ſicque mea ſors eſt, vt tuo ſub culmine ancillula perueniam: fiat voluntas tua. Ego inquit tibi domino polliceor: & ſi mori me iuſſeris, nihil vnquam moleſte feram. Satis eſt ille inquit. Vocataque in publicum puella, vniuerſo aſtante populo, illam cum omni plauſu accepit vxorem, ac annulo pretioſiſſimo ſolemniter deponſauit, Deductaque in palatium, breui tempore tantus illi diuinus fauor affluxit, vt non in caſa paſtorali, ſed in aula imperatoria educata, atque edocta videre viſa eſt, & omnibus ſupra exiſtimationem chariſſima eſſe cœperit. Quam ob rem Gualterus ipſe Marchio, quamquam humili quidem ſed inſigni ac proſpero matrimonio honeſtatus: ſumma cum pace domi extraque viuere cœpit. Pauloque poſt grauida facta, filiam peperit pulcherrimam: pro qua mox totam patriam lætam nimium effecit. Quam cum ablactaſſet, Gualterus (vt ipſius coniugis experiretur fidem) interfici iuſſit, immo potius finxit. Et cuidam ſatelliti ſuo iuſſit, illam ſecreto modo Bononiam ad ſororem deferre videlicet ſuam: quæ illic Comiti cuidam nupta fuerat. Eamque nomine ſuo traderet alendam. Ex hac tamen filiæ amiſſione, Griſildis nunquam mutati animi demonſtrauit indicium. Poſt quatuor deinde annos etiam filium maſculum peperit, forma quidem corporis elegantiſſimum: quæ etiam & poſt aliquot tempus, ipſe Gualterus Marchio, & ipſum interfici velle finxit: quem & ipſum Bononiam eodem modo ſicut & filiam miſit. Poſt vero, ab ortu filiæ annum duodecimum. Gualterus vt acrius etiam Griſildem experiretur: e Roma ſimulatas literas apoſtolicas deferri fecit, quibus videbatur ſibi à Romano Pontefice datam fuiſſe licentiam: vt pro ſua, ſuiſq; populi quiete & pace, aliam ſuperinduceret vxorem. Quæ res, quum ad notitiam Griſildis perueniſſet, etſi admodum in corde triſtis, inconcuſſa tamen animo ſtetit. Illo interim tempore, Gualterus Bononiam nuntios miſit, qui cognatum rogarent, vt ad ſe filios adducere dignaretur. Fama exemplo vbiq; diffuſa,

ſa, virginem illam Gualtero in coniugium Duci. Dum autem hæc agerentur, Gualterus vx vxorem denuo tentaret videlicet vt ad dolorem & pudoris adderet cumulum; illam in publicum venire fecit, & vniuerſo aſtante atq; audiente populo: dixit. Griſildis mea, per Deum te obſecro, patientiam habe in me. Papa enim mihi præcepit vt aliam mihi accipiam vxorem, quæ iam in via eſt, & ſtatim adeſſe debet. Eſto igitur forti animo, & da locum ei, & tuam dotem accipiens, in domum patris tui reuertere. Cui illa ingenuè reſpondens: ait. Ego mi Illuſtriſſime domine & Princeps parata ſum, bono & æquo ac pacato animo voluntatem tuam in omnibus exequi: & nouæ tuę coniugi volens cedo. Ac ſic ſe veſte præclara exuens, annulum quo eam ſubarrauerat etiam ei reſtituit, & cum ſola camiſia de omnibus rebus, in domunculam patris remiſit. Quas res Griſildis ſapientiſſima, mirabili æquanimitate atque humilitate tollerauit, ita vt nullum in ea ſignum triſtioris animi videretur. Quppe cum in medijs opibus, inops ſemper, modeſtia ſingulari & ſpiritu viſſet, atq; humillima. Cumque eius filia ex Bononia Salutias appropinquaſſet, pridie antequam veniret: Gualterus idem Marchio Griſildem in veſte hiſpſpida ac lacerata ad ſuum palatium venire fecit: & præparandi con uiuij eidem curam commiſit. Veniens autem puella cum germano, cum immenſo apparatu, arbitrans Griſildis profecto illam veram obfore vxorem: cum humaniſſimo ac ſereno vultu intranti puellæ obuiauit. Et beueuenerit domina mea inquit: atq; ita tam ipſam quàm reliquos Comites læta facie, miraq; ſuauitate verborum comiter ſuſcepit. Cumq; videret Griſildis nouam ſponſam pulcherrimam, atq; miræ indolis præclaram adeſſe; ad Gualterum ait. Obſecro mi domine, atq; tuam Excellentiam moneo, ne hanc tenellam ſponſam, illis aculeis agitare velis, quibus me hactenus agitaſti: ne ex teneritudine puellari abs te per mortem tollatur. Ea quippe verba & ſimilia, dicentis vultus alacritatem perpendens Gualterus, ipſius iam tandem miſeratus, ac ferre & experiri eius patientiam & mirabilem tollerantiam diutius non valens: dixit. Griſildis mea dulciſſima coniunx: nunc nunc mihi ſatis cognita eſt incredibilis fides tua, nec ſub cœlo æquidem aliquem eſſe puto, qui tanta coniugalis amoris experientia percipere potuerit, de quacunque fœmina, ſicut ego de te chariſſima mea ſponſa. Hæc itaq; dicens, vniuerſo aſtante conuiuio, exclamauit dicens. O dulciſſima, ò fideliſſima ſuper omnes coniunx mea, & ita læto ſtupore coniugem lachrymis perfuſiam: cupidis vlnis amplectitur, & oſculatur. Et tu ait mea ſola vxor es, ſemper amantiſſima, aliam nec vnquam habui, nec habere volo. Iſta autem quam tu meam eximas ſponſam: filia tua eſt, hicq; qui cognatus meus credebatur, &

tuus

tuus ſimiliter eſt filius: & quæ diuiſim perdita videbantur: ſimul omnia reperiſti. Hæc illa audiens, pene præ gaudio examinis effecta, cum lachrymis, ſuorum pignorum in amplexus ruit. Raptimq; matronæ alacres circumfuſæ, vilibus eam exuentes veſtibus: ſuis ſolitis exornarunt veſtimentis. Statimque plauſus lætiſſimus, & fauſta omnium verba circumſonare cœperunt. Multoq; cum gaudio & pientiſſimo fletu, dies ille celeberrimus omnibus fuit: celebrior quoque quam dies nuptiarum fuerat. Multoſq; poſt annos iugenti cum pace & quiete atq; gloria Gualterius Marchio & Griſildis coniuges vixere feliciſſimi. Viderunt filios filiorum ſuorum, vſq; in generationem & generationem. Huius itaque ſanææ & inclitę mulieris hiſtoriam exemplaritatis plenam: hic etiam ad multarum matronarum ſolarium & documentum ſcribere dignum duxit, & matronæ præſentes atq; futuræ omnes, ad imitandam huius pauperculæ Griſildis patientiam, quæ certè imitabilis mihi videtur, excitarem.

HORVM MARCHIONVM ÆTATE Salutienſem Diœceſim rexerunt antiſtites, qui ſequuntur.

Io. Antonius à Ruere Sauonenſis anno 1511.
Sixtus à Ruere eiuſdem nepos anno 1512.
Iulianus Tornabonus Florentinus anno 1516.
Alphonſus Tornabonus Iuliani nepos anno 1532.
Philippus Archintus Mediolanenſis anno 1536.
Gabriel Cęſanus Piſanus anno 1557.
Io, Maria Taparellus à Liagnaſco anno 1568.

CATA-

CATALOGVS VIENNENSIVM
Delphinorum.

VIENNENSIVM Principatum, qui Alpium maritimarum, & Allobrogum veterum prouinciarum partes complectitur, finitimaſque habet Lugdunẽſem Sabaudiam, & Pedemontium nouas prouincias, & eam quæ abſque alia denominatione ipſo prouinciæ nomine nuncupatur, alij ab Humberto quodam, qui mortuo Rodulfo vltimo Burgundiæ Rege, ſub cuius Imperio fuerat eũdem occuparit inceptum, eique filium fuiſſe Rodulfum Guigonis patrem memoriæ prodiderunt. Alijs Humberto, & Rodulfo omiſſis ab ipſo Guigone, cui Pinguis cognomen addunt, & quem ſub annum domini 1120. reijciunt eiuſdem principatus initia ducere potius viſum eſt, omnes tamen Guigonem ex Regis Caſtilliæ filia alium Guigonem protuliſſe volunt, ex Guigoneque ſecundo, & filia Stephani nouæ Burgundiæ Ducis Guigonem tertium, qui primus Delphini cognomine ſub Imperatorum clientella dictus fuerit, lucis vſuram accepiſſe, Huius Guigonis Delphini in multis veteribus monumentis mentio habetur, ab eoque prouinciæ Delphinatus nomen acceſſiſſe, ſatis veriſimile eſt, eundem vnicam filia Beatricem nomine reliquiſſe, & circa annum 1160. deceſſiſſe Beneuentus Sangeorgius Monferratenſis, Claudius, & Gulielmus Paradini, & Philibertus Pingon, primum quidem Raymondo Toloſatum, & Fani Ægidij Comiti, ſecundò vero Hugoni Burgundiæ Duci, cui Viennenſis, & Albonenſis Comitis titulos in dotem attulerit matrimonio iunctam circa annum 1180. fuiſſe ſcribunt eiuſdem Hugonis tabulas, datas anno 1206. Profert Gulielmus Paradinus, ex eoque matrimonio natum Andræam poſtea Delphinum Viennenſem atteſtatur, de filio, idem affirmant Sangeorgius Vignerius, & Pingon, quod & tabulis eiuſdem Andreæ probatur. Andræam in Oddonem eius fratrem conſanguineum, à patre Burgundiæ Ducem relictum, bellum, propter paternam hæreditatem mouiſſe teſtantur vetuſtiſſimi Burgundię annales, eidem ſub anno 1219. Beatricem Gulielmi Montisferrati Marchionis filiam nuptam fuiſſe, probant Sangeorgius, & Pingon. Obijt Andręas circa annum 1236. relicto Guigone quarto, qui Beatricis Petri Sabaudiæ Comitis filiæ maritus, Ioannis & Annæ pater à Federico ſecundo Cęſare conceſſionem, & confirmationem Comitatuum Vappicenſis, Ebrodunenſis, & Grationopolitani obtinuit anno 1247. obijt verò circa annum 1260. Ioannes eius nomi-

nis quintus Delphinus, & Comes Viennenſis, & Albonenſis, obijt cœlebs, & ſine liberis anno 1280. eique ſucceſſit Humbertus Comes Turris, Annæ ſororis maritus, qui mortuus anno 1312. ſuperſtites habuit Ioannem ſeptimum Delphinum, Hugonem Falciniaci Relum Henricum Epiſcopum Metenſem, Catherinam Philippi à Sabaudia Achaię Principis ſecundam vxorem, Alaſiam Amedæi Comitis Sabaudię, & Margaritam Federici primogeti Marchionis Salutiarum etiam vxores. Ioannes Humberti filius matrimonium contraxit cum alia Beatrice Caroli Martelli Neapolitanorum, & Hungariæ Regis filia, ex quo nati ſunt Hugo, Guigo, & Humbertus. Obijt verò circa annum 1325. Hugo, & Guigo adoleſcentes, Henricum ſeptimum Imperatorem in Italiam ſequuti ſunt, & inſtitutioni Theodori Paleologhi Montisferrati Marchionis ab eodem factæ teſtes interfuerunt, ſed Hugo viuente adhuc patre ab humanis, deceſſit. Guigo verò anno 1333. aduerſus Aymonem Sabaudiæ Comitem apud Perreriæ Caſtrum fortiſſimè dimicans occubuit, atque Imperium ad Humbertum Ioannis tertiogenitum delatum eſt, qui cùm ex Maria Hugonis de Baucio, ſiue vt alij ſcribunt Raynaldi, Roberti Neapolitanorum Regis, & Prouinciæ Comitis in Pedemontana Regione Seneſchalli, eiuſdemque ſororij filia vnicum puerum ſuſtuliſſet, eumque inter iocandum imprudenter in Rodanum propè Viennam, & eius ædes labentem cadere, & ſubmergi reliquiſſet, vitæ tædio affectus Delphinalem ditionem Philippo Valeſio Francorum Regi vendidiſſe fertur, anno 1349. ea lege adiecta, vt eadem primogeniti Francorum Regum ſemper eſſet, idemque Delphini nomen ferret. Albertus tamen Argentinenſis horum temporum auctor eundem Humbertum poſt fratris deceſſum artiſſimam ſocietatem, & fœdus cum Aymone Sabaudiæ Comite iniuiſſe ſcribit, mutuamque clientellam inter ſe iuraſſe, poſtea verò cuiuſdam Viennenſis antiſtis arte, circunductum ditionem ſuam Francorum Regi remiſiſſe, ſocietatis porrò, & clientellæ factum tabulis anno 1336. 16. Nouembris datis confirmatur. Obijt Hambertus anno 1355. atque hic Delphinorum Imperij, & familię finis fuit.

LAVS DEO CVIVS COELI.

AMM. PROV. DI TORINO
N. 16596
BIBLIOTECA

N. 4714. L. 1.